QUAESTIONES CRITICAE

DE

PLATONIS LEGIBUS

SCRIPSIT

1838-1913

DAVID PEIPERS.

BEROLINI.

PROSTAT APUD WILHELMUM HERTZ (LIBR. BESSER).

MDCCCLXIII.

BEROLINI TYPIS J. F. STARCKII.

QUAESTIONES CRITICAE

DE

PLATONIS LEGIBUS

SCRIPSIT

DAVID PEIPERS.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA HOFERIANA

MDCCCLXIII.

See back of
first page!.

HERMANNO SAUPPE

PRAECEPTORI CARISSIMO.

Insunt quaestiones:

I. De fundamento critico.

Inter homines doctos, quod sciam, omnes nunc constat, fundamentum unum omnium firmissimum artis criticae accuratam codicum esse recensionem et comparationem, ut, quae in praestantissimo quoque codice scripta exstent, scriptoris verba esse credantur. Sublata enim jam pridem ac penitus, ut videtur, evulsa ex animis est illa opinio, qua satis diu ex codicum omnis generis lectionibus, quae ubique maxime placerent, eligendi sibi concessam esse licentiam existimabant; qua licentia nimirum eo subinde pervenerant, ut scriptores ornatu et elegantia quadam condonarent, qualem illi non prorsus affectaverant. At enim, siquidem artis nomine digna est opera critici, non cum licentia et arbitrio debet agere, sed via ac ratione procedere. Atque recta, ut diximus, via jam diu nobilissimis philologiae ducibus monstrata est.

Sed quamvis illa sit recta et probata, videndum, ne tamquam circulo vecti eodem, unde modo fugerimus, proni reducamur. Nam, ut mittam, quomodo, qui optimi sint codices, cognoscantur et eligantur — pone eos notos esse —, etiam in optimis codicibus insunt menda, insunt loci tam difficiles, ut corruptionis quidem moveant suspicionem; quod genus quoties occurrit, illo fundamento destituti, quid agamus? Ad reliquos antea contemptos inopia coacti refugiamus et, quae placent,

ex illorum copia eligamus? An, quidquid in mentem inciderit, suo Marte cuipiam ponere permittamus?

Quorum neutrum apparet conveniens esse artis dignitati et constantiae. Verum est aliud effugium ex tantis angustiis, modo in illa via, quam rectam esse cognovimus, persistamus eaque longius progrediamur. Quum enim omnem salutem in meliorum codicum subsidiis sitam esse intelligamus, consequitur, ut non tantum in planis rectisque eos sequamur, sed etiam in pravis corruptisque ex illis medicinam repetamus et, ut in proverbio est, ex vitiis discamus.

Vitiorum enim natura perspecta atque origine explorata, jam correctio in aperto ac propatulo erit. Ac simul, quod summi est momenti, quae in universum cujusque codicis sit auctoritas, aestimare licebit. Haec autem vitiorum cognitio et aestimatio codicum, qua possit ratione patrari, non difficile est intellectu.

Sunt enim in quolibet codice satis multa, quae, quamvis sint depravata, tamen, quomodo restitui debeant, minime incertum sit. Praesto enim duo certissima sunt veri indicia: Linguae leges consuetudinesque et scriptoris sententia. Quibus ex subsidiis si locis quibusdam emendatio contigerit, tamen rem peractam esse nequaquam nobis persuadebimus; verum illis tamquam firmis fulcimentis usi, ad rem universam conficiendam protinus annitemur.

Mendorum enim illorum natura et origine perspecta quum, in quasnam maxime depravationes codices singuli inclinarint, cognoverimus, judicium inde de ipsorum codicum indole et natura feremus, et, cujus generis nonnulla investigata sint vitia, ejus etiam plura inveniri posse suspicati, suspectis quibusque locis, quantum codicum scripturae tribui debeat, aut quid illi substituendum, ex codicis cujusque conditione et auctoritate percipiemus, secundum ipsorum denique naturam codices tractabimus. Hanc igitur rationem jam secuti, qui in

Legibus Platonis maximi sunt momenti codices, exploremus et examinemus.

I. De singulis codicibus.

Sunt autem, quos in hac recensione describam, sex illi, quorum lectiones J. Bekkerus in commentariis contulit, litteris illas apud eum insignitas A Ω *v* f ħ r. Nam illum codicem, quem littera Ξ insignivit, quum sit incredibili negligentia scriptus atque vix unam habeat praestabiliorem lectionem, nunc quidem praetermittam; de ejus autem cum reliquis cognatione infra nonnulla memorabo [1]). Contra utique in censum vocandus est Vossianus, cujus lectiones Ruhnkenius exscripsit, Heusde (specimen crit. in Platonem. Lugd. 1803) edidit.

Atque, ut a deterioribus incipiam, longum est et inutile, quot genera vitiorum in iis insint, enumerare. Nam sunt fere innumera. Satis erit commemorare, quo quisque vitio maxime contaminatus sit, ut, si quando ad eos refugere coacti simus, quantum iis tribui debeat, meminerimus.

Vaticanus r singula verba omittit: 247, 18. 249, 2. 250, 11. 261, 7. 262, 15. 265, 13. 276, 5. 287, 1. 300, 15. 301, 15. 327, 16. 328, 17. etc. Hi loci ex tribus tantum prioribus sunt libris. Sed ex hoc numero computare jam licet, quam negligenter librarius scriptoris verba transtulerit. Tamen continuam orationis partem raro omisit (II 162, 9—11 et II 303, 23—304, 1).

---

1) Consentit ille cod. Ven. tam constanter cum lectionibus, quae in commentariis vulgatae (a Stephano) esse dicuntur, ut vix dubitari possit, quin Stephanus eo usus sit, quamquam Schneiderus, „quaestio d. H. Steph. legg. rec. ps. II p. 15“ non in eo numero exhibet. Aliter tamen sentit Stallb. praef. p. XV.

Aliis locis de suo addidit aliquid ut in his ex tribus prioribus libris desumptis 206, 12. 262, 15. 294, 2. 295, 2. 309, 16. Ex arbitrio verba transponit 274, 23. 407, 18. 454, 12. II. 4, 14. II. 31, 12. II. 63, 23. II. 281, 5.

Miras formas aliquoties profert cf. 253, 16. 266, 7. 301, 11. 392, 10. 447, 18. — Semper scribit μεσήνη pro μεσσήνη cf. Bekker ad 292, 6. Ex arbitrio subinde etiam aliena infert, sic II 135, 5 ἁμαρτήματα pro ἀδικήματα, II 326, 23 ὄψιν pro σκέψιν, ac verum nactus est, ex conjectura, ut videtur, II 286, 6: δυσχερέστερον. Denique hoc mentione dignum est, quod pariter ac A et Ω (et secundum Stallb. Flor. α et δ) totum illum locum, qui pag. 472, 10 — 473, 10. legitur, non in ordine verborum sed in margine scriptum habet cum notula ἐν τισι τῶν ἀντιγράφων φέρεται καὶ ταῦτα. Unde si quis festinantius colligat, codicem r propinquum et affinem illorum manuscriptorum esse, id num verum vel verisimile sit, infra judicabimus, ubi de codicum cognatione agetur.

Ceterum cum hoc cod. r collatus esse videtur ejusdem bibliothecae cod. Ω. Nam quod ad vocabulum θεοῖς II, 190, 17. in Ω adscriptum est τὸ θεοῖς ὠβέλισται ἐν τισιν ἀντιγράφοις, id ad cod. r spectare videtur, in quo illud θεοῖς punctis notatum esse narratur. In utroque ad εὐτυχής, II, 226, 1. adscriptum legitur εὐφυής. — Proprias et singulares lectiones fere habet nullas; quibus non plane caret is, quem deinceps consideramus: cod. Ricardinus 𝔥.

Nam habet id, quod verum est, II, 39, 2 (807b) τετρυχωμένων, ubi in A et Ω legitur τετρυφωμένων. Dein II, 103, 8 (843a) omittit verba πλὴν ὅρον, quae quam otiosa et supervacanea sint, neminem fugiet. Recte deinde habet pag. 405, 9 (744d) ὡς ἀμφοτέρων τικτόντων pro vitioso illo fere omnium ἀμφότερα. Unus Florentinus δ hic quoque idem praebet, quod 𝔥; qui codex mirum quantum cum Ricardino consentit

fere in omnibus lectionibus, quotquot Stallbaum et Bekker ex utroque afferunt. -- Porro II, 227, 10 (909b) cum cod. A commune habet μεσογαίων pro ceterorum μεσογείων. — Denique II, 162, 14 (pag. 875e) prudentius egit, qui eum descripsit, quam ceterorum codicum scribae, qui illud μηδεναδύνατον (quod etiam cod. A servavit) sic disjunxerunt: μηδένα δύνατον. Ille enim Ricardini descriptor recte distinxit μηδὲν ἀδύνατον.

Quae omnia, quamvis sint aut vera aut singularia, tamen non ita sunt comparata, ut hunc codicem ceteris antiquiorem esse probent, sed ut, quantum veritatis habeant, satius ex emendatione librarii non plane graecitatis ignari, nec tamen eruditi fluxisse statuas, id quod aliis quibusdam locis confirmatur. Quum enim 360, 4 (718e) in rariore forma ἀνιδιτὶ offenderet, notiorem ἀνιδρωτὶ substituit; item 248, 9 (661, a) formae τολμῴη et νικῴη iis, quas in codd. invenit, magis atticae esse videbantur. —

Ante ἄνθρωπος p. 461, 11. (777 b) suo jure articulum requisivit, quamquam eum inferre non opus erat, quandoquidem spiritu mutato et rescripto ἄνθρωπος vitium facilius tolli potuit.

In eodem codice non infelici aliquis conjectura II 186, 22 (889e) pro ἄλλῃ vel ἄλλης, quod in verborum est ordine, ἄλλοις superscripsit (cf. Stallb. ad h. l.). Quod denique 277, 5 (676a) articulum τὴν post τῶν πόλεων posuit, id consulto factum esse videtur, quo τῶν πόλεων magis extolleretur; temere autem et sine causa proba mutatum in codice est ἡγούμεθα pro οἰόμεθα 297, 1 (685e), ἢ pro οὐδὲ 262, 22 (668a); ac simili licentia verborum ordinem 284, 8. 303, 12. 322, 15 (cf. II 86, 14. II 113, 1.) aliter constituit. Haec autem omnia ex arbitrio nulla manuscriptorum auctoritate a curioso illo homine novata esse, probabilius vi-

debitur, si reliquum codicis illius habitum paucis exemplis illustraverimus.

Multa enim suo Marte scriba addidit, plerumque prorsus inutilia et futilia, cf. 236, 13. 252, 4. 265, 9. 275, 21. 281, 19. 291, 10. 296, 6. 309, 1. 318, 19. 329, 4; atque haec ex tribus tantum prioribus libris collecta sunt. Multo vero saepius omissa sunt singula verba, velut in his locis ex tribus prioribus libris desumptis: 191, 14. 237, 3. 245, 20. 247, 7. 248, 19. 253, 1 et 9 et 10. 255, 5. 256, 19. 265, 3 et 8. 270, 14 et 15. 272, 15. 274, 3 et 16. 285, 1. 286, 2. 290, 10. 293, 18, 296, 11. 298, 14. 300, 25. 314, 22. 315, 7. Aliquoties etiam desunt plura, velut 340, 21—22. 364, 21. II. 80, 11 et 20. Atque haec jam satis demonstrant, quam negligenter hic liber scriptus sit. Clariora vero documenta socordiae verborum corruptiones sunt, quales conspicimus 249, 18 (661d.) καὶ διὰ τυριδιὰ pro καὶ διὰ τυραννίδα. 289, 3 (682a) ἐφάπτεσθαι pro ἐφάπτεται 267, 8 (670a) τὸ pro τόδε. 284, 15 (679e) πεζηκαὶ pro πέζαι καὶ. 287, 8 (681a) τότε pro τόν τε et similia 298, 12 (687a) διανοούμεθα pro διανοοίμεθα cf. 299, 7 (687a) et 21; cujus generis ex reliquis quoque libris magna vis exemplorum facili opera potest colligi.

Sed haec satis erunt, ut quantum in singulis quidem hujus codicis valeat auctoritas aestimetur. Nam quid in universum de ejus auctoritate sit judicandum, tum demum patebit, quum totum librorum stemma, quantum fieri poterit, disposuerimus.

Similia menda in Palatino codice eo, quem Bekker litera f nominat, ubivis inveniuntur, quamquam non totidem cujusque generis exempla. Atque in omissione singulorum vocabulorm eandem levitatem ac socordiam deprehendimus, ut ex his priorum librorum locis elucebit: 245, 8. 252, 6. 256, 19. 259, 3. 267, 9. 268, 16. 272, 20. 274, 10. 274, 16. 283, 19. 284, 8. 288, 13. 289, 24. 296, 5. 301, 10. 304, 6. 305, 6. 309, 2 et 12.

328, 2 et 23. Complurium vocabulorum series aliquoties in hoc quoque codice excidit, cf. 239, 20—22. II. 165, 10—12. II. 185, 6—8. II. 159, 16—17. II. 301, 17—18. Et in postremis duobus causa omissionis manifesta est: Nam quum idem parvo intervallo rediret vocabulum(ἐὰν vel καὶ ἐὰν), scribentis oculi ab uno ad alterum errabant.

Librariorum additamenta pauciora invenias; vix duo, quantum scio, exstant. Nec frequentiora sunt, quae ex arbitrio interpolata inveniuntur, et sunt plerumque levia: 274, 16 (673d) pluralem pro duali posuit, II 116, 13 (849e) ἐάν τε pro καὶ ἂν scripsit, II 282, 10 (942b) αὐτοῦ pro ἐκείνου.

Negligentiae denique permulta vestigia apparent eaque ex parte satis expressa et mirabilia, velut 236, 12. πολίτης pro πολλή τις; 238, 5. pro παρ' αὐτοῖς repetit antecedens μετὰ σπουδῆς; 239, 9 pro πῶς anticipat sequens φῄς; 242, 17. προαιρέσεως pro προρρήσεως; 246, 4. τὴν pro τὸ (sequitur σπουδὴν); 255, 17. ξύνισμεν pro ξυνίεμεν; 256, 19. δὴ pro δὲ; 260, 21. δρᾷ pro δρῶ; 264, 9. οὐδὲ pro ὧδε; 264, 23. τοῦτ' pro ταῦτ'; 276, 1 pro γυνὴ καὶ legit γυναικί; 278, 9 pro τοτὲ τοτὲ habet πότε πότε; 287, 14 ἀντιπουμένους pro ἀποτυπουμένους; 289, 24. πληθυνόντων pro πληθυόντων; 298, 22. ἐχόντων pro ἐχόντως, 300, 3. διανοούμενον pro δηλούμενον et ubique similia.

Venio ad ultimum deteriorum codicum, eum, quem Bekkerus litera v designat [1]). Is in singulis vocabulis non minus ceteris omissionis vitio laborat: octo locis ex altero tertioque libro (250, 23. 262, 22. 275, 9. 284, 11. 292, 9. 298, 17. 305, 8. 315, 6). Multo vero magis huic libro perniciei erat, quod nescio qua festinatione aut socordia, qui eum scripsit, usque totos, ut videtur, versus praetermisit, id quod quum aliis locis, tum ubi eadem verba recurrunt, minus attentis accidere

1) Est cod. bibliothecae Angelicae saeculi XVI.

solet oculis ex paribus ad paria transsilientibus, cf. 288, 9—12. 300, 20—21. 305, 5—8 (δὴ—δὴ). 307, 22—308, 3. 313, 7—8. 315, 5—6. 325, 5—6. pariterque id patiebatur per reliquos libros II 256, 9 et 10. et brevi post 257, 9—12; adde II 303, 8—10. II 323, 4. Ex his jam suspicari licet, quanta fides in literis parvulis sit ejus, qui in vocabulis totisque sententiis tam licenter et negligenter egit. Nec mirum, quod interdum etiam plane absurda profert, quaeque sunt graeca quidem, sed a scriptoris sententia plane absona, velut 394, 6 pro πεττῶν dat περιττῶν et versu 9 ἀναγκαζομένῳ pro ἀναλογιζομένῳ; 472, 3, διαπειρῶ τὸ τους pro διαπυρωτάτους; II. 75, 10 χθὲς νέων effinxit pro χθονίων; II. 97, 20 κρείσσονα (vel κρείσσωνα) pro κρίσωνα; II. 221, 18 γὰρ κείνοις maluit pro σαρκίνοις. Quae documenta scribae illius mentem, qualis fuerit, demonstrant luculentissime. Mitto igitur, quae iste praeterea admisit, velut eum additamenta (cf. 278, 11. 373, 5. 442, 5. II, 6, 9), repetitiones vocabulorum, correctionem in ordinem recepisse (299, 10.) similia, ut ad codicem Ω transeam in vitiis quidem parem vel simillimum, nobilitate autem originis et gravitate utique excellentem et aequis virtutibus et antiquitate illa vitia compensantem. Atque qualis ejus sit praestantia, hoc una voce potest dici: est illi cum codice A propinquitas et multis locis consensus. Extrinsecus alia accedunt commoda, correctiones dico et notas ex aliis codicibus sedulo in illum translatas. Quae quo magis illius libri auctoritati et gravitati favent, eo cautius, opinor, videndum erit ne nimium ei confidamus acriusque circumspiciendum, qualia vitiorum genera in eo lateant, ut quibus in rebus inconstantior sit et in corruptiones proclivior, discernamus. Placet igitur ejus vitia paulo accuratius perlustrare.

Primum inest magna lacunarum multitudo; singulorum enim vocabulorum omissiones in tribus prioribus libris undecim numeravi, usque ad finem duodecimi li-

bri sexaginta. Sed haec detrimenta minus nocuerunt. Acciderunt multo graviora, totorum versuum omissiones pariter atque in eo libro, quem modo tractavimus (*v*). Atque in prioribus quidem libris exemplum unum me invenisse memini 293, 4—5 (p. 683 e); quod multorum instar esse potest, si de origine hujus corruptionis disceptatur. Nam in verbis *περιτυχόντες γὰρ ἔργοις γενομένοις, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐληλύθαμεν, ὥστε οὐ περὶ κενόν τι ζητήσομεν τὸν αὐτὸν λόγον ἀλλὰ περὶ γεγονός τε καὶ ἔχον ἀλήθειαν* neminem fugiet, quam facile oculis aberrantibus verba *ἐληλύθαμεν, ὥστε-λόγον* praetermitti potuerint. Atque similia in altera parte hujus operis saepius occurrunt cf. II 106, 17. II 210, 21. II 216, 8. II 226, 5. II 231, 21. II 240, 14. II 250, 22. II 252, 6. II 255, 2. Ac similis est ratio II 248, 9. II 284, 4. II 333, 23. In aliis minus est perspicuum, qui factum sit, ut nonnulla exciderent: II 135, 3. II 137, 18. II 214, 13. II 254, 22.

Alia quoque negligentiae vestigia in hoc libro exstant varia. Sunt nonnulla, quae in classes digeri possunt. Saepissime breves et longae vocales permutantur: *ἐρώμενον* pro *ἐρόμενον* 274, 4 cf. 245, 19. 392, 9. 393, 13. 397, 21. 400, 3. 455, 1. 465, 21. II 59, 12. II 84, 16. II 95, 11. II 126, 20. II 131, 2 et 23. II 165, 23. II 229, 14. II 260, 13. II 281, 4. II 294, 7. In fine vocabulorum saepe litteras abjicit, ut scribat *εἰ* pro *εἰς* II 240, 1. *τί* pro *τίς* II 6, 21. *νοῦ* pro *νοῦν* II 202, 6. *τοῦτο* pro *τοῦτον* II 96, 16. *ὡς* pro *ὥστε* II 126, 14 et alia multa, quae in genera distribuere operae vix pretium est. Quorum haec paullo memorabiliora affero *ὠνόμακεν* pro *ὠνομάκαμεν* 270, 8. *νομοθεῖταί* pro *νενομοθέτηται* 403, 18. *ἀγροιοπώρας* pro *ἀγροίκου ὀπώρας* II 106, 13. *ἄγουσα* pro *περιάγουσα* II 194, 6. *κωλίων* pro *κολούων* 379, 10, de qua mutatione audias Gaisford ad Stob. flor. I 95, qui comparata ejusdem codicis lectione rep. VII p. 528 (*κολουόμενα* et superscriptum *κωλυό-*

μενα) hoc vitium proprium illius manuscripti esse demonstrat. — Porro λειπομένοις pro λεγομένοις 285, 9. ἐπὶ pro εἴη 271, 5. δὴ pro δεῖ 301, 11. cf. 327, 6 et 405, 10. καθέζηται pro καθίζηται. 361, 8. ἡσύχεον pro ἡσυχαῖον 458, 5, φησι pro φασι 289, 13. πιστικὸν pro πειστικὸν 368, 8 et 9. λέγοιτ' et γίγνοιτ' pro λέγοιντ' et γίγνοιντ' II 83, 1 et 11 similiter ἀνθρώπιον pro ἀνθρώπινον 274, 13. Plura si cui comparare cordi est, exempla in prioribus maxime libris inveniet 239, 4. 365, 14. 367, 18. 376, 21. 384, 19. 386, 21. 401, 13. 403, 18. 405, 7. 443, 12. 464, 7 (II 232, 20. 202, 6). Ceterum consuetudinem hunc codicem eam sequi testatur Bekkerus ad 231, 3, ut scribat semper ὠφελίας, non ὠφελείας. Item non ἀεὶ sed αἰεὶ (Bekker ad 425, 18). Postremo in secunda persona praesentis passivi habet ει, sed plerumque superscripto η; cf. Bekker ad 236, 17 et 318, 20.

Rectum denique tuetur Ω contra omnes reliquos (et secundam manum ipsius) 408, 9 (746b), ubi τόδε pro ceterorum τόνδε habet cf. II 331, 9 (967d), quam parvulam emendationem etiamsi quis probabilius librarii intelligentiae quam codicis virtuti adscripserit, tamen, postquam illius codicis praestantiam pluribus illustraverimus, forsitan aliter judicaturus sit. Sed de hac re postea.

Codex Vossianus, quem Stallbaumium secutus litera x significo, quantum ex Ruhnkenii excerptis judicare licet, quum optimarum lectionum videtur plenissimus, tum, quod summi momenti est, codici Parisino A necessitudine proximus; id quod ex magna locorum multitudine apparet, ubi, quum Parisini lectio distat a ceterorum, constanter facit cum Parisino, fere nusquam cum ceteris. At sunt tamen differentiae, quae duplicem habebunt utilitatem, si perlustraverimus, primum ut, quid in eo peccatum sit et quale sit, intelligamus, dein ut, quaenam illa cum Parisino sit necessitudo, exploremus. Primum

igitur concordiam eorum cernamus. Quae non tantum in talibus perspicua est, qualia leguntur 231, 4 (652a): Par. ἔνεστ᾽ ἐν — x idem (cet. ἔνεστιν ἐν), 257, 14 δεῖν ταῦτα x cum A (ταῦτα δεῖν *ς), 283, 21 γενναιότατα uterque (*ς δικαιότατα), 405, 4 ἑαυτοῖσιν (*ς ἑαυτοῖς). II. 49, 1. ἑξηκοντούτας (sic A in litura) cet. ἑξηκοντούτεις. II. 142, 13. καθαρός τις II. 13, 10 μεχρὶ τῶν ἓξ ἐτῶν. II 101, 12 ὁ δὲ δὴ (cet. ὁ δὲ vel ὅδε δὲ), sed etiam per vitia et errores tamquam comitem fidelem infra, ubi de codice Parisino sermo erit, sectantem videbimus. Hoc loco id restat commemorandum, Vossianum, ubicunque correctam in Parisino lectionem esse, idque a vetustiore manu, enarretur, plerumque cum illis correctionibus, ut videtur, antiquissimis facere cf. 436, 16. 409, 6. 418, 10. 474, 16. II. 34, 7. II. 69, 16. Nec raro cum notis in margine ejus adscriptis cf. 472, 14. II 76, 2. II. 136, 12. II. 64, 2. II. 64, 2. II. 120, 9 et plura, quae postea in eo numero afferentur, in quo A et Ω consentiunt. Atque haec quidem concordiae et propinquitatis utriusque erant documenta. Diversitatis contra haec exstant magna ex parte levia et negligentia vel casu oriunda:

247, 15 φαμὲν pro φαῖμεν.

306, 12 φαῖμεν pro φαμεν.

313, 15 τοὺς εἴς τι pro τούς τι cf. II. 327, 16 οὓς βλεπτέον pro εἰς ὃ βλεπτέον.

319, 14 λέγωμεν pro λέγομεν.

II. 107, 16 τὸν τοιοῦτον pro τῶν τοιούτων cf. II 119, 16. II. 223, 6.

322, 8. αὐτὸς pro αὐτὸν cf. II 82, 14. II 223, 9 (λόγων pro λόγος). II. 281, 19. II. 263, 16.

327, 3 et 4 ξυνεφέπετο — εἰδόντες pro ξυνεφέσπετο — εἰδότες cf. II 288, 4 εὐθύτης pro εὐθύντης.

395, 7. δὴ τὸ δύνατον pro εἰς τὸ δύνατον.

412, 3. omittit οὖν, II. 188, 17 om. δέ (τί οὐ pro τί δ᾽ οὐ).

414, 23 πάντι pro πάνυ.

418, 8 ταύτην τὴν πόλιν pro ταύτῃ τῇ πόλει cf. 430, 20. 459, 5. II 158, 2. II 177, 8. II 255, 4. II 315, 15.

II 94, 8 ἀσπαζόμενοι pro — μενον cf. II 107, 20.

425, 19 διαλεγομένη pro διαγομέγῃ cf. 438, 4. γυμναστικοῖς pro γυμνικοῖς.

426, 9 ἰόντι τ' ἔστι pro ἰόντι τέ τινι.

429, 11 ἐμμελέστατα ἰέναι pro ἐμμελέστατα ἕνα.

434, 8 ἀνεχέσθω pro ἐνεχέσθω. cf. II 106, 4 (ταξέσθω).

II. 20, 8 εὐμεταστάτους pro εὐμενεστάτους.

434, 17 ἔπειτα εἰ τοῖς pro ἔπειτα τοῖς.

435, 1 αὐτοὺς ἄλλους pro αὐτοῖς ἄλλους.

II 185, 10 μάλιστα pro κάλλιστα, cf. II 197, 10 (item).

435, 12 ἡμῶντα pro ἡβῶντα.

II 309, 13 ἀνομοιῶν pro ἀναβολῶν.

II 132, 4 παρακέλλειν pro παραγγέλλειν.

II 245, 16 κλέπτων pro βλέπ ων; item II 252, 17. II 270, 10.

II 211, 20 μαθεῖν pro λαθεῖν cf. II 226, 11. II 286, 5; ejusdem confusionis exempla creberrimae ex aliis scriptoribus contulit Bast comm. palaeogr. p. 723 et 724 et 919.

439, 18 et 19 δοκημάσῃ (et δοκημάσθῃ) pro δοκιμάσῃ cf. II 86, 1 τῇ pro τί, contra 440, 12 ἱμερώτατον pro ἡμερώτατον.

II 135, 17 ποιητῶν pro πολιτῶν.

443, 21. αὐτοῦ pro αὐτούς.

460, 6. πενετικὸν pro πενεστικόν. cf. II, 86, 2. II 190, 9. II. 238, 6.

463, 19 πρὸ τοῖς pro πρὸς τοῖς.

433, 10 et II 79, 5 ἕκαστός τε pro ἑκάστοτε; ac similia 327, 3. II. 102, 11. II 242, 16. (ὅστις pro ὅτι). II 285, 17. Cujus erroris tam frequentis explicationem dat Bastius comment. pal. pag. 733 et 921. Scrip-

tum enim fuisse ait σιγμα imprimis ante τ π σ per punctum sive circulum his literis impositum. Quod signum quo erat minutius, eo facilius et omitti et inferri poterat.

II 194, 9 πληγή pro πηγή.

448, 8 λέγομεν pro μέλλομεν.

450, 11 φῦναι ἔχει pro φύν. ἔχει.

458, 3 δεῖ μετὰ pro δεῖ μὴ τῶν, cf. II 247, 15.

II 14, 16 κατὰ pro κάτω. cf. II 223, 10 (πᾶς pro πως) et Bast. comm. pal. p. 748.

II 25, 14 ἐκ μὲν pro ἓν μέν.

II 100, 17 ἄρισται pro ἄριστα.

II 103, 3 ὀρείου pro ὁρίου cf. II 270, 9. II 333, 23. II 260, 18.

II. 105, 13. ἐλλίπῃ pro ἐλλείπει cf. II 246, 10. II. 256, 6. II 119, 10 (δεῖ pro δή).

II 276, 6 θέλειν pro θέλῃ.

II 110, 1 τῶν δὲ τῶν pro τὸ δὲ τῶν.

II 290, 13 ἑκάστῳ pro ἕκαστος (idem error in Ω).

II 110, 18 ἐπιμελεῖται δι' ἐκείνων pro ἐπιμελεῖται ἐκείνων (idem error in vfr.) cf. II 308, 10 (ubi δι excidit in μέρη διείρηται.)

II 111, 2. τὸν αὐτὸν δρόμον pro τὸν αὐτοῦ δρόμον cf. II 238, 21.

II 118, 1. ἀκόλουθα pro ἀκόλουθοι.

II 144, 7 ἐθέλοι pro ἐθέλῃ. cf. II 192, 10 (παρεποίσῃ pro παραπείσῃ).

II 169, 10 ὕπερ pro οἵπερ.

II 265, 18 ὑπήκοος pro ἐπήκοος.

II 188, 1 ὑφηγήσεται pro ὑφηγήσηται.

II 221, 15 φησιν pro φασιν

II 222, 14 ναύτοισι pro ναύτας.

II 241, 22 εὐδιανὴν pro εὐδιεινὴν cf. Bast. l. d. p. 706.

II 296, 1 πομπάσεων pro πομπεύσεων.

II 242, 9 ὥςπερ pro ὡς πρός.

II 120, 3 προειρητέον pro προρρητέον.

II 242, 15 ἀγωγή pro ἀρωγή.

II 223, 19 κοινῶν pro κακῶν cf. supra II, 25, 14 (de mutatis ν et κ) et II 118, 1 (οι et α).

II 245, 20 ἐξεργάζεσθαι pro — σθω.

(II 116, 5 καθ᾽ ὅσον ἂν βούλοιτο pro — βούληται?)

II 248, 17 εἴτε ἅμα pro εἰ τὰ ἐμά.

(II 113, 20 κατὰ μεσὰ τῶν pro κατὰ μέσον τὸ?)

II 264, 6 δέκται pro δέηται.

II 277, 2 κατεσκευασμένας pro κατασεσημασμένας.

II 333, 7 δύναμιν pro δυνάμεσιν.

II 200, 5 ἀρχικὴ pro ἀρχὴ.

Praeterea verba transponit II, 207, 19; addit καὶ II 308, 1 et 4 (ubi ex antecedenti λευκὰ ortum est) cf. II. 268, 3; similiter δὲ, II 181, 15; duplicat syllabas, II 68, 8; mirabile additamentum est σου in εἰδῶς [σου] περὶ ἅ II. 139, 2. Denique μὴ adjicit II 163, 13.

Atque haec quidem minutiora sunt discrimina, ex quarum percunctatione hoc tamen emolumentum enascetur, ut quinam errores, quae mutationum genera sive vocalium sive consonantium in illo codice latius serpserint, percipiamus, perceptisque deterreamur, ne in similibus ei quicquam tribuamus. Velut si in Vossiano II. 49, 7 et 8 legitur προςφέρων et προςκαλούμενος pro reliquorum codicum προφέρων et προκαλούμενος, hae lectiones, etiamsi forte sententiae causa patronum adepti essent, tamen collatis, quae supra de sigmatis interpositione conscripsimus, qui defensurus sit, neminem jam invenient.

At sunt tamen, quae dubia maneant, in utro vera legantur, velut quod II 27, 24 in Vossiano articulus (κατὰ τὸ μέλος) accedit, vel quod II 101, 19 in illo est κατασκευάζεσθαι, in A κατασκευάσασθαι, vel II 140, 18 ἐλπίδος in x, ἐλπίδων in A; porro II 230, 7 in altero εὔφρονα (x), in altero ἔμφρονα (A). Longius autem a codice A haec discedunt:

μανίας pro μωρίας 315, 17.

ἀγήμοις pro ἀνήβοις II 85, 10.
χρόνον pro βίον II 207, 14.
οἰέσθω pro ἀναπειθέσθω II 281, 1.
εὐβουλίαν pro εὐκολίαν II 283, 6.
χρὴ pro ἐστί (χρέων) II 313, 13.
ταῦτα pro πάντα II 334, 1.

Hanc diversitatem verisimillimum est non altiorem radicem habere sed mero scioli arbitrio librarii deberi, qui scilicet faciliora pro remotioribus imponebat. Quod ut nunc quidem tantummodo in medio positum est, ita postea, si universos codices contueri et perpendere licebit, ex omnium conspectu facile comprobabitur. Nunc hoc tantum illius verisimilitudinis gratia addo: alia quoque in Vossiano inveniri, quae librarium de suo nonnulla adjecisse arguant. Quum enim in codice suo legeret II 326, 23 θέα τε αν, suo Marte refinxit θεατέον; deinde cum II 334, 16 invenisset κεφαλῆςν οὔτε κοινωνίας II 334, 16 illud ν fragmentum esse vocabuli νῦν opinatus, id jure sibi restituere videbatur. Ceterum silentio non praetereunda sunt, quae opinioni, quam protuli, adversaria esse videantur.

Semel (297, 8) lectionem dat, quae a Bekkero ex margine cod. Ω notatur, διακεκοσμῆσθαι pro participio διακεκοσμημένους. Sed haec obstare videntur quidem, nec tamen revera obstant. Nam multo veris similius, hanc variationem per nescio quos rivulos in marginem codicis Ω devenisse, in quem omnia undique confluxisse demonstrabo, quam remotioris a codice A originis testimonium in Vossiano haberi.

Nec plus valet, si interdum in rebus minutis cum uno alterove deteriorum codicum consentit, (velut si cum Florent. c. habet χρὴ δὲ pro χρὴ δή 292, 3).

Paullo autem graviora forsitan alicui videantur, quae cum codice Ω ipso illi communia esse narrantur velut II 35, 13 διελθεῖν (x Ω h.) pro διεξελθεῖν, quae diversitas quum per se non esset contemnenda, tamen hoc loco, una vo-

cula interposita διελθόντος sequente, non erit, qui magni faciat. Tritissimae vero in omnibus manuscriptis sunt tales commutationes quales δώσωμεν pro δώσομεν (II 59, 12) et ἡμῶν pro ὑμῶν (II 179, 8.) quas, quum praesertim in cod. Ω non raras esse supra demonstraverimus, nihil impedimento erit, quominus his potissimum locis suo utrique infortunio accidisse statuamus.

Superest, ut de adnotationibus dicam, quae in margine Vossiani adscriptae sunt. Atqne ex Ruhnkenii excerptis quantum percipi potest, diversi sunt generis: Pars enim sunt explicationes, quae quum genuinam antiquitatis ferant speciem, merito in scholia Platonica receptae sunt (Hermannus notat litera R). Porro in critica adotatione plurima satis nova et, si recte video, ex vulgata Stephani scriptura hausta sunt.

Nec tamen desunt lectiones illic perantiquae et bonae, quaeque in reliquis codd. (praecipue A et Ω) eaedem adscriptae inveniuntur, ut illud ἥλιον II 108,8 (845d) — item γρ. A Ω — pro ὕδωρ vel II 143, 12 (865d) βίῳ ὡς ἐλευθέρῳ similiter γρ. A Ω. cf. II 126, 14 (857c) II 125, 21 (857a), ubi est καὶ μία δίκη τιμωρίαις, quae ad literam pariter exstare in mg. A., Felsius*) testis est; praeterea cf. II 257, 2 (926e).

Pars deinde lectionum altera ex conjecturis oriunda videtur nec plerumque ineptis cf. 294, 17 (684d) ἄλλαις pro ἀλλήλαις; 300, 12 (687c) ἂν ἀναγκαίως; 356, 9 (716e) δὴ pro δεῖ cf. II 4,7 (789d) II 16,8 (795e) II 20, 19 (797e). II 30,8 (802b). Recensionis indicium certe est quod II 45, 17 (810 d) adscripta leguntur: „deest fortasse verbum.“ Pars denique non magni pretii sunt cf. 253, 20 (663e) πείθειν pro ποιεῖν; 303, 13 (689a) II, 20, 19 (897e) ταχθέντα pro ταραχθέντα et plura, nisi harum quoque lectionum nonnullae ex aliis vilioribus codd. desumptae sunt.

---

*) qui nuperrime nonnullos ejus cod. locos contulit; vide pagg. inseqq.

Nonnulla in hoc margine solo reperta tam praestantia sunt, ut ab omnibus fere editoribus recepta sint, velut quod 398,5 (741a) pro ὑπερβάλλειν legimus παρεμβάλλειν, porro II. 39, 1 (807b) καταπεπιασμένῳ et II 64, 2 (820a) ἤρεμα ubi deterior quoque lectio ῥητά exstat, quam Parisinus in margine annotatam habet, denique 708, 4 (746b) ejusdem plerisque praestantiae visum est documentum illud ἐπαναλαμβάνειν prae reliquorum codd. lectione πάντα λαμβάνειν.

Jam ad praestantem illum et antiquum codicem accedamus, quem identidem attigimus quidem nec vero accurate adhuc tractavimus, Parisinum dico eum, qui apud Bekkerum nota A insigniri solet. Scriptus est decimo saeculo ineunte unciali scriptura. Collationes ejus duae paratae erant, Bekkeri et Bastii; sed quam maxime mihi importune et moleste accidit, quod iis saepe locis, in quibus universi discrimen judicii positum esset, plane discreparent. Itaque, ne in lubrico fundamento mihi res condenda esset, suadentibus optimis praeceptoribus Gottingensibus, a Felsio juvene his litteris erudito per epistolam rogavi, ut mihi collationem locorum nonnullorum, de quibus maxime certaretur, pararet ac transmitteret. Haec igitur suo quaeque loco testimonia afferam. Jam vero Parisinum ipsum accuratius consideremus. En mendorum ejus tabula:

τούτοιν θατέροιν pro τούτοιν θατέρου II 217, 9 (904A).
ἐπόψωνται pro ἐπιόψωνται II 292, 5 (947C).
ὧν περ pro ὧν περὶ 384, 10 (733 D).
ξένον pro ξένιον II 328, 1 (965E).
μητρυας pro μητρυιᾶς*) 271, 15 (672B).
ὅλως τε pro ὦ λῷστε II 332, 10 (968B).
ὥςπερ pro ὡς πρὸς II, 242, 9 (919 B).

*) veram esse μητρυιᾶς formam si extrinsecus confirmare opus est, testis adest Menander rhetor, qui, quum Platonis loco utatur, iota illud non negligit. (Walz rhet. graec. IX. 148).

καλα pro κακὰ 294, 11 (661 D)
πάθει pro πλήθει 407, 1 (745 D)
φημιν pro φήμην II 153, 17 (871 B)
αὐτῆς pro λύττης II 96, 5 (839 A)
καὶ ὡς pro καλῶς II 125, 13 (856 E)
πράττειν pro πλάττειν II 185, 13 (889 A)
ἐφ' ὅκι pro ἐφ' οἷσι II 156, 2 (872C) (nihil refert Stallb. sed denuo sic scriptum esse testatur Felsius).

Pro γένη τῶν II 114, 13 (848E) legitur in A (et fortasse Ω) μὲν ρητῶν, quod nescio an ortum sit ex μέρη τῶν.

εἴτε ἅμα pro εἰ τὰ ἐμὰ (sive εἰ τἀμά, II 248, 17 (922D) cf. II 268, 23 (933A): ταυτὸν pro ταῦτ' οὖν.
πῶς ἂν pro ἴτωσαν. II 254, 8 (925C).
ὅλως τε pro ὦ λῷστε. II 332, 10 (968B).
ὃ pro ὃν II 303, 4 (953 B).
δὴ pro δεῖ 405, 12 (744E).
δὴ pro δὲ 364, 21 (721 B) cf. 382, 5 (732 D.) τὸν pro τῶν et 406, 14 (745 C) τὸ pro τῷ (a posteriore manu, quae totum illum locum adscripsit).
δὲ pro τε 385, 2 (734 A).

Denique A non προῤῥήσεις sed προρήσεις solet scribere (vide Bekk. ad II 159, 5); cf. II 179, 4 (886A) διειλημένα.

Omittit *) 370, 2 (723 E) ἤδη, quo aegre careas;
374, 7 (728 B) καὶ inter ποιεῖν et λέγειν;
265, 3 (668E) ἢ τὸ πεπλασμένον;
II 264, 12 (930 D) τὸ et 396, 18 (740 B) τὴν **) quod, qua ratione abesse possit, non intelligo.

ἂν deest II 255, 1 (925 E) ubi nunc legitur τάχ' ἂν ὁ νομοθέτης δόξειε etc.

verba τε καὶ νομοθετεῖσθαι exciderunt 339, 8 (708C).

*) non omittit ἐστι (ut narrat B.) 332, 2 (si Felsio fides).

**) secundum Bekk. τὴν om Ah. Stallb.: „alia narrat Bastius.“ At Felsius Bekkeri narrationem confirmat. Ceterum quod idem in cod. h. deest, casui tribuendum esse censeo.

Additur II. 261, 16 (929 B.) τι in ὅτι πατὴρ (sic enim legi narrant B et F) ex simulitudine literarum τι et π cf. supra p. 18. πῶς ἂν et Bast. comm. pal. p. 730 sqq. II. 293, 13. (948A) μὲν inter τὸ et πέμπτον.

Decurtata sunt II. 218, 15 (904E) μεθίδρυσα pro μεθιδρύσασα *) vel μεθιδρύσατο.

II. 80, 6 (831A) βάσκα pro βάσανον.

Haec praecipua illius codicis sunt menda. Supersunt quaedam alia, quae fere in consuetudinem ejus abiisse videntur, velut quod ἁμηγέπη sine jota subscr. habet cf. Bekker ad 390, 4.; quod scribit ἐμπιμπλάναι cf. 269, 14. 333, 5. 372, 15. II. 52, 21. II. 228, 18. — ν, quod dicunt ἐφελκυστικόν, saepissime in Parisino (rarius in Vaticano Ω) ante consonas inveniri, tabulis amplissimis ostendit Stallb. in novissima editione (praef. I. p. 21).

2. De codicum familiis.

Singulorum codicum habitum cum ceterorum tum Parisini et Vossiani descripsimus, in quo negotio imprimis menda nobis enumeranda erant, ut, quanta in unoquoque esset fides, aestimaretur, simul, quae ubique cor-

---

*) apud Eusebium (praep. evang. 635) non legitur μεθιδρύσασα sed μεθιδρύσατο, quae lectio nescio an praestet. Neque enim in aoristis μετέβαλε et μεθιδρύσατο quidquam offensionis inest, quamquam antecedunt praesentia (μεταπορεύεται, φέρεται) cf. Tim. 81 d. 83 b. 85 e. Prot. 342 e. (ubi conf. Sauppe) resp. 508 d 550 b. 566 e. Polit. 269 c. Soph. 262 e. Phaedr. 249 a. 251 b. 254 b—e. (conf. Heind. ad h. l.). ibid. 255 d. (ἄρδει τε καὶ ὥρμησε). Theaet. 156 d. legg. 854 d. 904 d. 945 d. 709 a. 715 a. 716 e. 720 d. et e. 791 a. — Jam vero sententiae unus conveniens est indicativus. Nam principalis periodi enuntiatio, ut prius apte subsumit participium (μετακομισθείς etc.), ita posterius nullo pacto sibi subjungi patitur, quippe plane contraria continens.

ruptionis fuisset facilitas, intelligeretur. Attamen his ita expositis neminem praeteribit, in hac opera vix posse acquiesci; nam ex mendorum conspectu nihil percipimus nisi, quaenam corruptionis genera in unoquoque codice sint frequentia atque quibus in formis ad vitia et depravationes singuli propensi fuerint. At sunt graviora quoque menda, sunt alia singularia, quae nullo horum generum possunt comprehendi, de quibus in altera potissimum hujus libelli parte agemus. Nunc autem, quoniam plures adsunt nec aequae bonitatis omnes, in universum, quod caput est, quanta cujusque sit auctoritas, vel quod idem est, quae inter illos intercedat cognatio, quaeramus. Atque adhuc quidem interpretum et aliorum virorum eruditissimorum judicio freti codicem Parisinum testem praestantem et, si Vossianum excipias, omnium optimum esse identidem professi sumus. Quod judicium tam longe absum, ut labefacere velim, ut et mendorum descriptione confirmaverim et novis jam fulcire argumentis in animo habeam. Imprimis enim propositum est definire et accuratius delineare, quibusnam in rebus illa praestantia vigeat et quatenus polleat. Nam optimum aliquem codicem esse, id si diligenter perpendas, ambigue dictum est: Utrumne ita est optimus, ut simul ceterorum fons sit atque unus, quem respicere debeamus, quemque si ad literam sequamur, ceterorum ope omnino non egeamus? An eo nomine est optimus, quod omnium sit antiquissimus multisque non maculatus vitiis, quae in ceteros scribarum manus adsperserint? In hoc igitur res versatur, ut cernamus, sitne ipse cod. Parisinus ceterorum omnium, quos habemus, fons, an ceteris ex aliis fontibus derivatis, duas vel plures familias codicum oporteat discerni. Atque posterius verum esse apparebit.

Non enim ceterorum codicum lectiones, ubi a codice A differunt, ita sunt omnes comparatae, ut casu aliquo ex illo depravatas esse cum aliqua ratione exi-

stimes, sed multa in iis insunt singularia, non pauca vel illius lectionibus praestantiora, nonnulla denique, quae casu ex codice A exciderunt, in deterioribus reperta sunt. Neque magis quae ex codice A enumeravimus negligentiae vestigia, in ceteros translata sunt. Immo, quotquot modo conscripsi, unius Parisini sunt propria. Atqui duo sunt, quae hujus argumenti vim frangere posse videantur. Primum aliquis leves illas corruptelas, quum a librariis in codice A inventa essent, ab iisdem non in apographum suum translatas, sed statim correctas esse dixerit, quo factum sit, ut in ceteris non jam reperiantur. At enim vero, quod alterum est, ne id quidem satis constare, illa menda unius esse codicis Parisini; nam ex silentio editorum periculosam et lubricam esse conclusionem. Audio; atque hoc quidem jam gravius est. Nam prius illud quantum valeat, aestimabunt, quicunque istorum librariorum ingenium, quale fuerit, ex codicum examine et descriptione perceperint. Sed ne alterum quidem tam gravem dubitationem injicit, ut meam ideo argumetationem contemnam. Nam quamvis magna sit illa commentariorum criticorum taciturnitas, qua toties non omnium codicum nuntiant variationes, at tanta profecto non est, ut omnia illa codicis A menda, levia aeque atque gravia, in ceteris quoque codicibus inesse silentio praeterierint. Quidenim? Si in ceteris quoque 407, 1. pro πάθει πλήθει legeretur, si II. 156, 2. ἐφοκι, si II. 80, 6. βασκα, si 468, 4. pro εἰπον cum Par. et Voss. haberent εἴπορε (ubi Stallb. ultro addit e Vat. Ω tale nihil enotatum esse), et quae similia supra congessi, si, inquam, talia in ceteris codicibus exstarent, num credibile est, haec plane ab hominibus criticis esse neglecta, qui tot tantoque minutiora sedulo ex illis manuscriptis enotaverunt?

Accedit, quod in cod. Parisino narratur magna inesse lacuna 405, 20 — 406, 16. (749), cujus in ceteris re-

periri vestigium indicantem vidi neminem. Atque hoc quidem unum est argumentum, ex codicis A depravatione haustum. Alterum communibus alterius partis erroribus suppeditatur. Non enim raro accidit, ut ceteris omnibus (si excipias Vossianum cf. p. 34.) una lectio communis sit atque aliena illa quidem a codice Parisino, et plerumque, ut videtur, inferior ac vilior, vel, si non par sit omnium scriptura, at tam longe ceteri a Parisino distent, quam propinqui sibi invicem esse videantur. Haec diversitas quam late pateat, quo facilius possit judicari, huc talium locorum conspectum subjicio, in quo primos pono eos locos, de qua criticorum narratio et concors est et omnia complectens *).

	A.	ceteri (sine Voss.)
338, 15.	γενήσεσθαι	γίγνεσθαι
363, 20.	δὲ	δὲ καὶ
II. 49, 1.	ἐξηκοντούτας	ἐξηκοντούτεις ς*.
II. 66, 4.	αὐτὰ	ταῦτα
II. 181, 1.	ἀπολογησώμεθα	σόμεθα (δε Ω cf. Stallb.)
II. 92, 17.	τοῦ (σώματος)	cet. om. (h. ?)
II. 42, 4.	τὸν (διδάσκαλον)	cet. om.
II. 261, 13.	ἐν τούτοις (de A confirmat Felsius)	cet. om. ἐν (h. ?)
II. 110, 10.	ἱκανῶς (?)	ἱκανός
II. 90, 4.	τούτους	ταὐτοὺς (utrumque sine dubio falsum; scribitur nunc ταῦτ' οὖν)
391, 14.	A γηῒ	γῇ (utrumque pravum, recte γῆς restituerunt)
436, 16.	δέκαν τῶν (teste	δέκα ἢ τῶν (utrumque

) signo dubitationis (?) apposito ex Parisino lectionem aliquam non afferri indico, sed videri tantummodo ibi inventam esse, quia in editionibus exhibeatur, quae ratiocinatio uno loco (285, 9.) Felsii testimonio approbata est. — Nota S Bekkerus utitur, ubi vulgata (Stephani editio) cum codd. nonnullis consentit.

	Felsio A a. rc. m. ,δέκα ἡ)	pravum, ἐκ τῶν verum esse videtur)
397, 16.	νουθετητικῶν (c. Ξ)	νουθετικῶν
362, 8.	προςαγορεύοι	προςαγορεύει (verum προςαγορεύῃ, sic corr. Ω)
II. 56, 15.	δὲ (?)	τε
II. 69, 17.	τοῦ (?)	τούς (videlicet sequitur νόμους)
II. 291, 8.	ἑτέρῳ	ἑτέρων
256, 6.	δὴ	δὲ (ς*)
256, 9.	τὸ	που
257, 14.	δεῖν ταῦτα	ταῦτα δεῖν (ς*)
315, 10.	αὐτοὺς εἰκὸς	εἰκὸς αὐτοὺς (ς*)
407, 8.	τὰ δώδεκα τῆς πόλεως	τὰ τῆς πόλεως δώδεκα (ς*)
277, 6.	εἰς	ἐπ' (ς*)
281, 18.	πάντα	ἅπαντα (ς*)
283, 21.	γενναιότατα	δικαιότατα (ς*)
284, 13.	ἀτεχνώτεροι *)	ἀτεχνότεροι
293, 19.	βασιλῆς **)	βασιλεῖς (ς*)
300, 12.	ἐνχοίμεθα	εὐχόμεθα (ς*)
302, 6.	ἔμπροσθε (cf. Stallb. tom. I, p. 21.)	ἔμπροσθεν (ς*)
304, 6.	μου	ἐμοῦ (ς*)
316, 18.	ἐγγέγονεν	γέγονεν (ς*)
322, 17.	ὕστεροι	ὕστερον (ς*)
323, 7.	πρότερον	πρῶτον (ς*)
325, 9.	τούτῳ (?)	τοῦτο
340, 3.	ἐπανιῶν	ἐπαινῶν (ς*)
343, 7.	αὐτὸν πείθοι	αὐτὸν ἂν πείθοι (ς*)
360, 20.	σμικρῷ δὴ (μὲν superscr. F.)	σμικρῷ μὲν δὴ (ς*)

*) sic A primitus, teste F *o* in rasura positum.

**) De locis paullo post sequentibus 306, 20. et 307, 12. Felsius narrat in Parisino vestigia cerni prioris scripturae βασιλῆς; quae forma ibidem a manu rec. mutata sit in βασιλεῖς.

394, 6.	δὴ μετὰ (τ superscr. F)	δὴ τὸ μετὰ (ς*)
445, 17.	πρὸς τέλος	πρὸς τὸ τέλος (ς*)
343, 8.	(et 231, 4.) ἐστ'	ἐστὶν (ς*)
345, 3.	ἐθελήσῃ	θελήσῃ (ς*)
347, 2.	ἀκούσας	ὑπακούσας (ς*)
387, 17.	ἐλάττων	ἐλάσσων (ς*)
392, 21.	γε	τε (ς*)
396, 21.	ᾖ	εἴη (ς*)
402, 18.	ἐκ	ἀπὸ (ς*)
404, 19.	μεγέθει	μεγέθη (ς*)
405, 4.	ἑαυτοῖσιν *)	ἑαυτοῖς (ς*)
463, 19 et 465, 5.	εὐερκείας -αν	εὐερκίας -αν (ς*).

Sunt deinde in quibus ceteri et ipsi inter se differant:

313, 14.	τούς τι**) δυναμένους	pr. Ω τοὺς εἴ τι δυναμένους (τοὺς εἴ τις vfr. τοὺς εἴς τι (h.).
293, 13.	βασιλῆς	βασιλεὺς h.; βασιλεῖς reliqui
II. 101, 12.	ὅδε δὴ	ὅδε pr. Ω. ὅδε δὲ reliqui.

Denique minus certa haec sunt:

285, 9. λεγομένοις F (B. nihil de Par. adnotat), cet. λειπομένοις (quid in pr. Ω et Ric. h. habeatur, non liquet)

331, 9.	ἐπιθαλαττίδιος supra script. αι a manu vetusta. F	ἐπιθαλαττιαῖος Ω v h. (f et r ?), in Ω corr. δι.
391, 7.	αὐτῶν, ut F et Bastius referunt, quo conjectura Boeck-	αὐτὸν (Bekk. dicit libri αὐτὸν).

---

*) alterum hujus diversitatis exemplum, quod exstare narrabatur II. 183, 21., jam nullum est, quandoquidem Felsius indicat Par. non ι literam, sed interpunctionem post πολλοῖς habere. Quamquam interpunctio illo loco satis mira est.

**) cod. Paris. in ordine verborum sic habet, ut notavimus. Ab eadem autem manu superscriptum esse ει narrat Felsius. Beckkerus aliam esse manum sensisse videtur.

	hii (in Min. p. 119) probatur.	
II. 30, 20.	τούτων ἑκάστοις (teste F.)	τούτῳν ἑκάστοις τούτων (de f nihil narratur)
II. 149, 14.	γίγνοιτο (sic A, teste F. contra Bekk. omnes libros γίγνηται praebere dicit)	γίγνηται

In his omnibus novissimus quisque editor lectiones codicis A ceterorum consensu pluris aestimavit atque optimo, opinor, jure. Unus Stallbaumius ad 820 E. (II. 66, 4.) sibi omnium ceterorum auctoritatem codice A graviorem videri profitetur; quamquam alibi aliter sentit cf. ad 886 E. et saepius. Atque de singulorum auctoritate postea demum omnibus examinatis aliquid certius poterit constitui, hac de codicum familiis quaestione ad liquidum perducta. Ad quam proprius jam accedamus.

Variationem illam si conspicias et singula inter se conferas, memorabiles quidem differentias adesse concedes, parum tamen illas graves et magnas, ut codicum classes esse probent prorsus diversas; at satis magna, ut separatas et disjunctas fuisse nec alteram ex altera fluxisse demonstrent. Atque, si codicis A menda addas, jam satis multa sunt exempla: vel plura adessent, nisi accideret, quod in talibus assolet. Primum enim in commentariis criticis ne dimidiam quidem partem ejus variationis, quae huc spectat, annotatam esse confidenter asseram. Notantur enim haud raro duorum vel trium ceterorum codd. communia a cod. A discrimina, ubi nihil verisimilius, quam omnium ceterorum lectiones communes ac pares haberi. Altera illius rei causa in ea conjunctionis et propinquitatis natura sita est, qua ceteri codices inter se cohaerent. Princeps enim ejus classis est codex Vatic. Ω, in quo codice id

satis mire accidit, quod pars deterioris classis esse videtur, pars cum Parisino artissime conjunctus. Unde simul apparet, quomodo factum sit, ut in diversitatis conspectu, quem supra posui, aliquanto plura e prioribus Legum libris exempla quam ex reliquis conspiciantur. Nam postquam ille usque ad sextum fere librum correctiones tantum vel notas marginales ex cod. A arcessivit, inde repente rara concordia ambo in malis et bonis conjunctos videmus. Quoniam autem, quid in Vaticano legatur, permultis locis iisque gravissimis propter collationum tenuitatem ignoramus, reliquorum multitudine locorum efficiendum erit, quod paucis gravioribus, si ampliora testimonia adessent, effici posset. E prioribus igitur libris haec enotavi menda ambobus manuscriptis communia:

λέγωμεν pro *λέγομεν* 197, 8. cf. 345, 9. 312, 4.
σμικρὰ pro *σμικροῦ* 213, 12.
πώματος pro *πόματος* (Bekk. „ut solent“) 227, 18 cf. Lobeck paralip. 425 sq.
αὐτῷ pro *αὐτῶν* 211, 6.
ἀνηλεήτως, cett. *ἀνηλέως* 320, 15.
καὶ (cet. rectius *καὶ μὴ*) *γίγνονται* 318, 6.
δωρια cet. *δωριέα* 290, 18.
δωριῆς (Ω *δωριῆς*) cet. *δωριεῖς* 290, 16.
πάνυ-ξένη 192, 11. A Ω dant Atheniensi.

Quae quamquam non dixerim omnia esse *), quot

---

*) superest locus satis notabilis, quem Bekker non indicat quomodo cet. codd. scriptum praebeant. Legitur in editt. p. 328. 1. (701 d) *κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπὸ τινος ὄνου πεσών*, atque jure sic legitur. Nam haec est proverbii ejus vera et antiqua forma cf. Paroemiogr. graeci ed. v. Leutsch et Schneidewin tom. I. (Zenob. cent. II. 57.), sed in codd. A et Ω et x exstat *τινος νοῦ πεσών*, quam lectionem satis antiquam esse auctores habemus schol. ad Arist. nub. 1273: *ὁ μέντοι Πλάτων ἐν τρίτῳ τῶν νόμων τὴν τελευταίαν περισπᾷ ἀπὸ νοῦ λέγων οὕτως: καὶ μὴ — ἀπὸ νοῦ πεσεῖν;* — et Suidam s. v. *ὄνου: ὁ δὲ φιλόσοφος Πλάτων ὡς*

adsint, at multo plura usque ad sextum librum non credo conquiri posse. Contra tot lectiones ex Parisino aut in correctione aut in margine habet, ut dubitari nequeat, quin aliquando cum Parisino aut alio propinquo illi codice collatus sit. Sed iinde a sexto libro multitudo parium in utroque errorum magis magisque increbrescit, ut codices ipsi non jam eidem, qui antea, esse videantur. Atque, ne diutius in iis moremur, insigniora tantum ex eo numero apponam.

Uterque igitur habet:

ἀγῶνας pro ἀγωνίας (?) *) 438, 3. (764 D.)
τριακοντέτη pro τριακονταέτη II. 317, 17. (961 B.)
δεκάτηρος pro δεκαέτηρος 452, 8. (772 B), nisi forte aliquis cum Schneidero praeferat δεκαέτηρις (sc. ἑορτή), quod vereor, ut in sententiam quadret.
τὰς pro πᾶς 453, 4.
ἔμπροσθε pro cet. ἔμπροσθεν 455, 5.
διαφορὰ pro διαφθορὰ II. 10, 5.
δοκούντων pro δοκοῦντα II. 12, 15.
τετρυφωμένων pro τετρυχωμένων II. 39, 2. (h.)
ῥῆμα pro ἤρεμα II. 64, 2.
λειῶν pro θηλειῶν II. 31, 1.
οἷ pro οἷς II. 42, 8.

οὐκ ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν παροιμίαν λέγεσθαι ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ: ἀπό τινος νοῦ καταπεσεῖν. Atque apud Aristophanem ipsum est lepidus verborum lusus (ut illud γαλῆν ὁρῶ), quem Plato potius evitare videtur, quum dicat ἀπὸ τινος ὄνου.

*) vulgo corrigitur ἀγώνίας. Sed dubito, num recte corrigant. Nam ἀγωνία et parva intercapedine post et aliis locis (cf. 831 c. 834 c.) est exercitatio gymnastica, quae musicis studiis opponitur. Utraque autem exercitatio et musica et gymnastica species generis unius dicuntur, quod genus in certaminibus versatur, oppositum illud quidem illi generi educationis, quod παιδείαν dicit: vide, sis, paullo antea τοὺς μὲν παιδείας αὐτῶν ἕνεκα, τοὺς δὲ ἀγωνιστικῆς. Et ἀγωνιστικῆς δὲ ἔν τε τοῖς γυμνικοῖς scribendum esse arbitror.

οἷα pro οἷας II. 57, 9.
οἷςπερ pro οἵπερ (τούτοις οἵπερ) II. 124, 18.
μὴ pro μὴν II. 101, 18.
βία pro βίαια II. 169, 12.
γνώμην pro γνώμῃ II. 299, 5.
ἃ pro ἂν (nisi pro ἂν γὰρ) II. 298, 21.
ἁπάντων pro ἂν πάντων II. 322, 12.
οὐδένα pro οὐδὲν ἂν II. 189, 13.
δὲ pro τε II. 47, 16.
ἄλλως pro ἀμῶς II, 327, 21. (B. „fortasse Ω“)
καλῶς pro κακῶς II. 129, 11.
βουλεύτῃ pro βουλεύσῃ II. 155, 2.
ταχὺ pro τάχα II. 96, 10.
τῶν pro τοῖς II. 230, 11.
ἱκανῶς pro ἱκανὸς II. 169, 9. *)
ὡς οἱ pro ὅσοι II. 247, 9. (cf. Phaedr. 277 E)
βούλωνται pro βούλονται II. 152, 13.
αὐτῶν pro αὐτὸν (sequ. τῶν φίλων) II. 122, 12.
πρώτων pro πρῶτον II. 320, 10. (antecedit αὐτῶν)
τούτων pro τοῦτον II. 42, 13.
εὑρεῖν pro εὑρὼν II. 301, 7 (952 B.); sic enim verissime correxit Winkelmann cf. II. 304, 11; qua correctione intolerabilis indicativi cum optativo conjunctio amovetur **).
κυριωτάτου pro κυριώτατα (sequ. τοῦ) II. 310, 15.

---

*) P 845 a. codicum ΑΩx vestigia non dereliquenda esse arbitror. Nam ἐκεῖνος, quod plerique omnes in ἐκείνως mutaverunt, defensionem habet. Postquam enim sibi opposita sunt ἐὰν μὲν ἐκ τῶν οἰκείων λαμβάνῃ (καρπούσθω) et ἐὰν δ' ἐξ ἄλλων, altera apodosis pro communi utriusque, quod ante ἐὰν μὲν cogitando addendum, ἀνακαλούθως proprium sibi subjectum ἐκεῖνος adscivit.

**) constructio est: καὶ εἰ ἥκοι εὑρὼν τινας ἔχοντας φράζειν τινα φήμην τινῶν περὶ θέσεως νόμων ἢ παιδείας ἢ τροφῆς εἴτε καὶ αὐτοὺς νενοηκώς, in quibus nescio cur Stallb. offenderit. Quod vero ipse edit εἰ εὗρε εἴτε ᾗ, eo minus commendatur, quod sequitur ἐὰν τι ἥκειν δόξῃ.

τούτου τῶν pro τούτων II. 57, 13.
πάσῃ pro πᾶσι II. 315, 15. (sequ. κοινῇ)
περιεληλυθότος pro περιεληλυθός II. 144, 12.

Addunt περὶ II. 56, 15. (iteratum esse videtur ex proximo versu), dein καὶ II. 4, 7. (κινήσεων καὶ κινούμενα).

Uterque omittit:
γὰρ 414, 4., quod vereor ut abesse possit.

Communis lacuna (Bekk. ἂν imposuit) 454, 12.

Om. καὶ II. 8, 14. II. 96, 8. II. 115, 14. (II. 49, 17.) II. 283, 1.
om. articulum 447, 1. II. 118, 4. II. 273, 14. et 17. II. 251, 18. II. 19, 9. (antec. iisdem literis). II. 59, 4. II. 310, 15. II. 237, 14. II. 245, 7. II. 320, 11. (τὸ vel τοῦ ante literas το vel πο). II. 326, 17. II. 91, 9. II. 221, 3. II. 226, 7 (τὰ, nisi ἃ rectius reponas). II. 160, 19. (II. 269, 21. om. Tur.).
om. δὲ II. 30, 3. (πᾶσα [δ'] ἄτακτος) cf. II. 23, 4. II. 299, 7. II. 225, 14. II. 241, 11. II. 252, 1. II. 253, 2.
τε II. 307, 13. et II. 335, 5. et II. 283, 7. (μὲν II. 79, 10 ?)
τις II. 159, 16. II. 282, 7. II. 300, 14. et 304, 10. (II. 302, 10. II. 42, 5. τις pro τις τι)
εἰ II. 240, 18. (περὶ II. 283, 18.) (παρὰ II. 264, 20.) δεῖ II. 285, 9. ἐπὶ II. 269, 6.
ἣν post ἡμῖν II. 318, 2.
οἷς post αὐτοῖς II. 285, 3.
ὅλην post πόλιν II. 326, 6.
ἀγέλας post μεγάλας II. 99, 3.
diversa collocatio (θηρίων ἄλλων) II. 99, 2.

Haec quidem omnia sunt levia. At ne graviora quidem vitia desunt. Saepe enim in his duobus codicibus omittuntur singula vel etiam plura vocabula, quae, nisi quis sententias Platonis mancas aut rationis

omnino expertes esse statuere mavult, omitti non debebant. Alia in ceteris adduntur quidem nec tamen necessaria vel probalia. Atque quantum in utriusque generis lectionibus auctoritatis insit, postea dijudicabitur. Nunc, quum de Parisino et Vaticano agamus, quae ab utroque mendose absunt, recenseamus.

II. 84, 12 ubi in editionibus nunc legitur ὁ δὲ εἴςεισιν ὅπλα ἔχων· ψιλῷ δὲ ἆθλα οὐ θήσομεν ἀγωνιστῇ, A Ω omittunt ὅπλα ἔχων.

II. 166, 13. ὧν ἂν θάνατος ἐν τῷ νόμῳ ζημία διαρρήδην ᾖ κειμένη ἢ καὶ ἐν ἀειφυγίᾳ τις φεύγῃ τῶν ἀνδρῶν ἄπαις: desunt verba ᾖ κειμένη ἢ καὶ ἐν (F)*).

II. 214, 20. τὸν δὲ θεὸν ὄντα τε σοφώτατον βουλόμενόν τε ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον, ὧν μὲν ῥᾷον ἦν: desunt τ' ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον (F).

II. 140, 17. Cliniae responsio πάνυ μὲν οὖν in utroque deest. (de cod. A tacet Bekker. Sed confirmant Bastii (apud Stallb.) narrationem, quae nuper Felsius retulit).

II. 142, 5. φόνον δή, καθάπερ ἠρξάμεθα, πειρώμεθα διὰ τέλους verbo finito πειρώμεθα destituta sunt.

II. 114, 20. legitur in cet. τοῖς δὲ δὴ ἀγορανόμοις τὰ περὶ ἀγορὰν που δεῖ ἕκαστα μέλειν. In A et Ω τοῖς δὲ δι' ἀγορὰν που δεῖ ἕκαστα μέλειν. (F).

(II. 216, 15. ᾗπερ ἂν ἔχοι λόγων ῥαστώνη — deest λόγων; etiam in Vossiano).

II. 250, 14. ἐὰν δὲ περιγίγνηταί τις τῶν υἱέων αὐτῷ μὴ ἐπί τινι κλήρῳ πεποιημένος — deest κλήρῳ (F).

II. 303, 14. ἴτω μὲν νῦν πᾶς ἀκέλευστος ὁ τοιοῦτος ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων καὶ σοφῶν θύρας — deest τοιοῦτος.

II. 269, 11. μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοιοῦτο δρᾶν μηδὲ καθάπερ παῖδας τοὺς πολλοὺς φοβεῖν — deest παῖδας (in A adscriptum rec. m. teste Felsio).

---

*) Hoc signum (F) appono, ubi de Parisino Felsii quoque testimonio certiores facti sumus.

Perspicua jacturae causa in his est: II. 100, 17. εἴπερ γίγνοιτ' ἐν πάσαις πόλεσι, γίγνοιτ' ἄν; vel quod (teste Bastio apud Stallb.) II. 277, 15. ex illis ἡ δίκη ἐκρίθη, ὁποτέρως δ' ἂν κριθῇ, ταύτῃ exciderunt ὁποτέρως δ' ἂν κριθῇ. — Similiter II. 101, 10. τε καὶ οὐκ ὀρθῶς *). — II. 149, 6. ἡ ἀδελφὴ ἀδελφὸν ἢ ἀδελφήν. — [II. 49, 18. καὶ ἀντίφωνον (in cod. A. manu rec. additum, ut narrat Felsius). — 464, 10. τὰ δὲ ταφρεύσοντας. — 437, 20. παιδείας αὐτῶν ἕνεκα, τοὺς δὲ ἀγωνιστικῆς (utrobique in margine legi adnotat Bekkerus).

Nec minus aegre jacturam ferremus verborum ἢ μητρὸς in illis II. 157, 5. ὥστε πατρὸς ἢ μητρὸς ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων etc.; aut II. 208, 7. ἢ καὶ πρὸς τέλος ἴσως ἀνοσίους ἀνθρώπους ὁρῶν ἐλθόντας γεραίους si abesset ἀνοσίους (in margine cod. A. ab ipso libraris additum esse refert Felsius), quippe in quo omne sententiae pondus positum sit; et II. 223, 18. καὶ μὴν εἴρηνταί γέ πως σφοδρότερον διὰ φιλονεικίαν τῶν κακῶν ἀνθρώπων, si σφοδρότερον omitteretur.

Ex sententia quidem nihil certi efficitur, de vocibus τὰ δὲ ἀγρονόμους II. 244, 17.; καὶ οἷα II. 223, 22.; φαμὲν II. 256, 22.; καὶ καλῶν II. 310, 11. (abjecit Heind.) παρὰ II. 264, 19.

Restant pauca, quae non ab illis solis neglecta sunt, sed etiam ab uno alterove deteriorum:

A Ω r. om. II. 200, 22. καὶ βουλήσεις
„ II. 264, 10. τοῦ δούλου.
„ II. 305, 15. τοῦ λοιποῦ χρόνου.
A Ω f. om. II. 116, 5. καὶ ὁπόταν βούληται **).

Debebant autem haec omnia eo accuratius et co-

---

*) In Parisino Felsius ab ipso librario codicis haec videri adscripta esse narrat.

**) Felsius in cod. A manu paullo recentiore in marg. adscriptum esse narrat (cf. supra de II. 49, 18. et excerptorum indicem).

piosius colligi atque condi, quo magis, siquidem ea est illorum codicum conditio, qualem tabulis modo aperuimus, ipsum jam nostrum de illis codicibus judicium, quod adhuc satis firmum et solidum esse videbatur, in discrimen adducitur. Atque Vaticani quidem natura et auctoritas his vitiis cum iis, quae supra ejus propria esse narravi, comparatis sibi constans mansisse reperietur. Sunt eaedem fere verborum omissiones, mutilationes, syllabarum vocaliumque mutationes, quas antea in eo cognovimus.

Sed Parisinum quo propius illius similitudinem et propinquitatem accedat, eo longius a priore sua virtute et nobilitate recedere conveniens est; nec unius Parisini auctoritas sed, quandoquidem et ipse ceteris omnibus testibus erat praestantior et firmior, nisi nova alicunde adminicula suppeditantur, summum jam instat periculum, ne totum judicii fundamentum stabile antea et solidum labefactatum videamus. At in ipso apparatu nostro supersunt subsidia, quae advocari non modo possint, sed debeant: Vossianum dico et deteriorum conjuncta codicum testimonia. Atque Vossianum, si quanta sit ejus praestantia meminerimus, bonum et firmum fore fundamentum exspectabimus, quem ne in posterioribus quidem libris ex tot corruptionibus, quot Parisinum, qui antea illi par erat integritate, deinde affectum vidimus, laborare confidemus. Nam hoc ex Ruhnkenii excerptis, nisi negligenter virum solertissimum munere suo functum esse statuas, dilucide apparet, a quo nulla omnium illarum lacunarum mentio facta est, quas in Parisino inesse constat. Quo magis dolemus, quod praeter illa excerpta nihil ex cod. Leidensis copiis publici juris factum est. Quod autem alterum superesse subsidium diximus, ne hoc quidem omnino contemni aut negligi debet. Nam etsi ex deterioribus sumitur testimoniis, aliqua nihilominus fide

dignum est; id quod ex origine et natura illorum codicum elucebit, quam deinceps considerabimus. Sed vel tertium, ut videbimus, adest subsidium idque prope extraordinarium: marginales adnotationes, quae cum in ceteris tum in codice Vaticano exstant uberrimae.

Verum his subsidiis, ut pro suo quoque pondere et auctoritate utamur, ad quaestionem redeundum est, quam paullo ante dereliquimus, et disserendum, quaenam inter codices, quorum ope nitimur, propinquitas intercedat.

Quum enim primum codicem Parisinum ceterorum fontem non esse, sed illorum solutam et peculiarem ex adverso stare classem, deinde autem eundem codicem Parisinum ex parte quidem Vaticano satis propinquum esse, experti simus, rem hunc in modum expedire posse nobis videmur. Nisi enim eum, qui Parisinum exaravit, alio in prioribus alio in reliquis libris usum esse codice sumas, cujus rei nullum usquam indicium ab iis, qui eum inspexerunt, quantum video, animadversum est, unum restat, Parisini communem cum Vaticano fontem esse (nomina, sis, AΩ) eumque ex duobus nescio quibus codicibus ortum, bono et Vossiano praestantia finitimo in prioribus libris, deteriori et multis locis decurtato apographo in altera operis parte. Quam sententiam quominus aliquis statim arripiat, non sum ignarus, hoc potissimum impedimento esse videri, quia si tot negligentiae in codice Vaticano occurrentia vestigia ex parte quidem non ipsi deberi sed jam codici illi antiquiori (AΩ) impressa fuisse consentaneum sit, plane intelligi nequeat, cur non etiam in priore parte quae saepissime in Vaticano inveniantur lacunae, ad ejusdem vetustioris apographi negligentiam et pravitatem referantur. At haec nihil officiunt. Nam Vaticani librarium, praeterquam quod tam multa menda, unde suum codicem descripsit, invitus recepit, sua negligentia non destitisse supra satis multis exemplis com-

probavimus. Atque in eo ipso clarius praestantia Parisini codicis elucet, quod ejus librarius sedulo et accurate vestigia illius saltem codicis secutus est. Quod autem Vossianum, etiamsi ex alio fonte derivatus sit atque Parisinus, nihilo setius in tot lectionibus, sive gravissimis sive minutissimis cum illo consentientem videmus, porro quod omnes illas lacunas in Vossiano quoque inesse veri dissimile est, inde triplicem cognitionem haurimus:

Primum separatam utramque statuendam esse familiam unam Parisini (cum Vat.), Vossiani alteram.

Dein optimum omnium esse Vossianum ut pote praestantiae alterius familiae participem, lacunarum expertem.

Tertio lucunosi generis principem esse Parisinum A, quippe qui in plerisque cum Vossiano consentiat ac vetustate et, si lacunas non respicias, integritate juxta excellat. — Quae si ita sunt, qui scriptoris quam accuratissime verba instaurare nituntur, iis nullum Vossiano firmius adesset fundamentum, si copiae inde uberiores quam Ruhnkenii excerpta in publicum prodiissent. Nunc vero in altero genere acquiescendum est, cujus quo major est varietas, eo diligentius ad antiquum ubicunque codicem illum (AΩ) in critico opere redeundum est et circumspiciendum, qua ratione in hodiernis Legum editionibus interpretes illius vestigia sequantur. Atque illico, dummodo in omnibus meminerimus lacunas illas expletas haberi, per multa a codicibus illis aliena admissa esse apparebit. Sed unde haec supplementa sumpserunt, et quo jure receperunt? — Ex deterioribus codd. hausta sunt, e quibus vulgata fluxit; nam correctorum conjecturis vel primorum Platonis editorum haec omnia deberi, si naturam illorum supplementorum respicias, prorsus incredibile est. Sed accedunt graviora documenta. Indicavimus supra in codd. *A* et *Ω* (et praeterea etiam r) deesse

καὶ βουλήσεις II. 200, 22. (896c). Non deest (nisi plane perversa est Bekkeri et Stallb. enarratio) in ceteris codicibus; illorum autem quam maxime adjuvat testimonium Eusebius, qui, quum bis in praep. evang. 624 sq. et 601 d. locum Platonis afferat, bis addit καὶ βουλήσεις.

Idem verba ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον, quae II. 214, 20 (903a) in A et Ω deesse vidimus *), servavit vel etiam plura in ordinem recepit: βουλόμενον ἐπιμελεῖσθαι δύνατον εἶναι καὶ δυνάμενον (pr. evang. 633.), itemque testatur Theodoretus, qui (Therap. 93, 26.) eum locum sic exhibet: ἐπιμελεῖσθαι δύνατον εἶναι καὶ δυνάμενον μὲν ρᾷον ἐπιμεληθῆναι· σμικρῶν δὲ ὄντων μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι δύνατον εἶναι καθάπερ ἄργον, unde facile perspicias, δύνατον εἶναι glossema fuisse in margine aliquando adscriptum, quod scribae illorum codicum, quibus Eusebius et Theodoretus utebantur, vel bis in ordinem receperunt. Cujus adnotationis, si de origine aliquid conjicere libet, statuas quaeso, suam sedem habuisse post τῶν δὲ μεγάλων, quam ut nunc legitur abruptam et claudicantem esse clausulam, nemo infitias ibit; sin autem δύνατον εἶναι adjeceris, optime respondebunt praecedenti ὧν μὲν ρᾷον ἦν ἐπιμεληθῆναι μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι. Sed haec obiter tantum, occasione data, tetigi.

Haec igitur altioris illorum supplementorum originis sunt documenta. Quae si in deterioribus codicibus per saecula servata et condita sunt, fieri non potest, quin indidem non mediocris auctoritas et fides in illa manuscripta redundare videatur. Qua specie ne fallamur, eo acrius prospiciendum erit, quo saepius jam ex

*) contra προςηκούσης non habet II. 216, 13. Mox ἵνα τὸ πρέπον ἕκαστον τῆς μοίρας λαγχάνῃ II. 216, 15. (903e) omittit λόγον ut A et Ω. Atque nescio an omnium codicum lectio, quae est ῥαστώνη ς, eodem deducat. Legendum esse proposuerim ἧπερ ἂν ἔχοι ῥαστώνης ἡ ἐπιμέλεια θεοῖς τῶν πάντων.

nimia deteriorum codicum fiducia quaestionibus criticis tenebras obductas esse constat.

Quaenam igitur illorum est origo? quae cum ceteris cognatio? Suntne, id quod illa supplementa, quae soli servarunt, demonstrare videntur, ex una familia nati, soluta illa a ceterorum utraque familia, ut tamquam per tres rivulos ex uno Archetypi fonte omnem horum librorum scripturam ad nostra tempora permanasse credamus; per Vossianum, per Parisinum et Vaticanum, denique per deteriorum testimonia? Atque sunt quaedam lectiones, quae huic opinioni non mediocriter favere videantur.

Imprimis quod II. 209, 13 (900c) in A (de hoc enim Felsius denuo testatus est) et Ω haec leguntur: ἐνδείξασθαι τοῦτο (γε deest) ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσι θεοὶ οὐχ ἧττον ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. In codd. autem v f 𝔥 𝔯 (et Stallbaumii Florentinis) exstat: ἐνδείξασθαι τοῦτό γε ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσὶ θεοὶ οὐχ ἧττον ἄλλων δὲ ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων, quae quo obscurius dicta sunt, quoque diligentius obscuritates in deteriorum codd. genere removeri solent, eo magis sunt contemplatione digna. Atque lucem afferunt plenam Eusebius et Theodoretus, quorum uterque Platonis sententiam profert hunc in modum conformatam (Theod. Therap. 93, 20. ed. Gaisf. — Euseb. praep. evang. 630. ed. Gaisf.): ἐνδείξασθαι τοῦτό γε ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσὶ θεοὶ οὐχ ἧττον μᾶλλον δὲ ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. Nunc bonus et luculentus sensus adest! Nonne haec demonstrant in codd. deterioribus nonnunquam vestigia quidem verae et antiquae lectionis superesse, quae in optimis manuscriptis penitus omissa et neglecta sint? An ejusmodi vestigia non Platonicarum lectionum sed glossematum reliquias esse existimas? Non crediderim hoc μᾶλλον δὲ glossatori deberi, nam et aptissimum est ad sententiae vim acuendam et augendam nec tam necessarium, ut ab iis facile, qui lege-

bant, requiri potuerit. Sed pone, jam in Eusebii et Theodoreti apographis haec interpolata fuisse, aliquid tamen inde in nostra quaestione efficitur: sive genuina est haec lectis, sive subditicia, utique perantiqua est; codices autem, qui eam servarint, non possumus, quin singularia quaedam et antiqua servasse, fateamur.

Jam II. 159, 11—16. (874b) verba Platonis in omnibus, quod quidem enarratur, codd. misere mutilata et decurtata sunt; leguntur enim haec: *οὐ κυρίως κείμενος καὶ τὰ τοιαῦτα μέχρι τούτων οὕτως* (vulgata in margine nonnullorum exhibetur), at una vocula, quamvis non admodum gravi vel optimis pleniores et locupletiores sunt, vocula dico *ἡμῖν*, quam neque Vossianus nec Parisinus nec Vaticanus tenebant, quamque, quum praesertim corruptis et sensu vacuis media interposita sit, nemo, opinor, ut falsam aut nescio quo consilio, a quopiam additam in suspitionem vocabit. Immo cujus nulla causa additamenti conspicitur, id unusquisque antiquum adeoque verum esse concedet. Atque tuetur illud *ἡμῖν* ea lectio, quae in margine Parisini et Vaticani et Veneti (Ξ) inventa est, quamque utpote veram jam diu editores vulgatam esse volebant.

Adde quod II. 301, 17 (952d), quamquam in re minuta et parvula, satius scribunt quam A et Ω, *ἐάν τε ἐν δικαστηρίῳ;* verum enim est, quod Stephanus posuit, *ἐάν γε ἐν δικαστηρίῳ* (siquidem), quo propius accedere apparet illud *τε*, quod in deterioribus reperitur, quam lectio altera *ἐὰν δέ* (cf. supra p. 53.).

Quod denique II. 70, 5 (822e) recte (sec. Herm. et Stallb.) scribunt *τοῦ νομοθέτου νομοθετοῦντος* pro *τοῦ νομοθετοῦντος* (de codd. quidem A et Ω nihil refert Bekk.), id ut in iis omnibus insit, tamen nescio, an correctori alicui deberi possit. Atque haec quidem communia illorum sunt tantoque mentione digniora, quanto singuli saepius in omnia abire et discedere solent. Quamquam nescio, an aliquanto major ta-

lium locorum numerus afferri posset, si pleniores quoque loco praesto essent collationes et enarrationes. Non enim quae nunc passim singulorum vel duorum vel trium differentiae a codice Vaticano et Parisino esse dicuntur, semper singulorum vel complurium esse suspicor, sed nonnunquam omnium. Verum tamen hoc ex iis, quae attuli, exemplis jam elucebit, aliquam certe propinquitatem inter eos esse; clarius vero eluceret, si etiam communia illorum vitia in censum vocarentur; namque haec tantum erant ea, in quibus recta et sana tenebant et servabant. Quodsi pariter etiam eorum locorum habenda ratio esset, de quibus consentiunt illi quidem, nec tamen in vero consentiunt, cumulari facili opera possent exempla *). Sed vereor, ut ex multitudine multum lucremur. Nam singulorum in codicum recensione supra ostendimus tot et tam varia esse genera mendorum, ut profecto non mirum esse possit, si interdum, praesertim in quibusdam scripturae erroribus, idem accidisse visuri simus omnibus; de communi, nimirum, origine inde nihil sequeretur. Quae autem graviora sunt id genus, ea jam supra, ubi de propinquitate Vaticani cum Parisino agebatur, in conspectu posuimus.

Sed haec omnia quum ita exponimus, veremur ne speciem summae inconstantiae habeamus, quippe qui supra exemplis argumentisque codicem Ω cum deterioribus classem alteram esse oppositam Parisino probare studuerimus, deinde autem quum alibi, tum hoc loco tantum deteriores illos inter se consociare et consociatos melioribus A et Ω opponere videamur. At vide-

---

*) commemoratione tamen digna sunt talia:

II. 253, 14. Ω *πάππου* superscr. *ων*. — r. *πάππων*. cod. *υ*: *παππούων*.

II. 316, 18. AΩ x *μὴ* (AΩ superscr. *καὶ*). Ξ r. *καὶ μή*. — *υ*: *μὴ* (cf. II. 271, 20.).

mur tantum. Sane de Vaticano, quem modo huc modo illuc trahere spectamur, quaestio est satis difficilis et subtilis, idque eo magis, quo saepius in commentariis de ejus lectionibus aut ne verbum quidem aut nihil certi (maligno illo „fortasse“ apposito) nuntiatum est. Attamen, quod nunc quodque supra protulimus, utrumque rectum esse confidimus. Nempe de codicum deteriorum (*v* f ɧ r) cum Parisino et Vaticano cognatione summa nostrae sententiae haec est. Deteriores illos ex Vaticano esse derivatos. Vaticanum autem, sicut jam expositum est, cum Parisino communem habuisse fontem. Superest igitur, ut argumenta proferamus. Namque haec nostra opinio eo magis alicui mira videatur et praepostera, quo plura hucusque assidue argumenta contulimus, peculiarem et longinquam a Vaticano originem deteriorum codicum esse, demonstratura.

Sed de hac re postea. Nunc libere fateor, hanc meam sententiam firmis fulcimentis niti tantum paucis. Quae si quis, sive diversa de quibusdam locis enarratione allata, sive lectionibus illis, quomodo nata sint, aliter explicatis labefactaverit, libenter me errasse confitebor. Nunc autem ut res sese habent, non possum in illa opinione non perseverare.

Legitur enim ad 264, 15. in Bekkeri commentariis haec annotatio: *οὒν εἴ τις, καὶ ἐν τούτοις* A et (in quo illa *οὖν εἴ τις καὶ* macula oblita sunt) Ω. *οὖν ἐν τούτοις τις* ɧ. *οὖν ἐν τούτοις* fr. *ἐν τούτοις* Ξ*v*. Quid enim? casune aliquo factum esse putemus, ut quae in uno codice fortuito deleta fuerant, eadem in quattuor aliis, quum praesertim ne minima quidem causa omissionis in ipsis vocabulorum formis adesset, ut eadem inquam, in quattuor aliis exciderent. An arripiamus id, quod naturae conveniens est, postquam illa macula aspersa fuerit, librarios describentes inde alios codices omisisse, quae oblita essent nec jam legi possent? Quibuscumque autem in manuscriptis

ex infinita vocabulorum multitudine haec ipsa, in illo oblita, desint, ea sive ipsa, sive per alia apographa illinc deducta esse.

Favent dein illi sententiae haec:

II. 328, 1. ubi Bekker narrat ἥκιστ' ἂν ηῖ τὸν A. *) ἥκιστ' ἂν τὸν Ω qui ante τὸν aliquid erasit. ἥκιστ' ἂν τὸν v f r (cod. Ricardinus h partem undecimi libri et duodecimum non continet) et

313, 14. τούς τι pr. A τοὺς εἴ τις Ω τοὺς εἴ τις v f r τοὺς εἴς τι h.

Praeterea omnia huc pertinent, quae supra de cod. Ω cum deterioribus consensu enumeravi exempla (imprimis II. 30, 20. II. 289, 1. 260, 3. 331, 9.).

Sed haec utcunque habent, nam dijudicent, qui librariorum consuetudinum et codicum condicionum peritiores sunt, si deteriores codices ex Vaticano dico derivatos esse, hoc ita dictum esse nolo, tamquam singuli ex ipso sint descripti, sed communem quattuor illis esse fontem eumque ex Vaticano, nescio per quos rivulos, profluentem **). Hunc autem illorum codicum

*) Verum est ἥκιστα νὴ τόν, sicut nunc editur. Librarius autem, qui ηῖ erasit, perperam egit. Nam ἂν istud nihili est.

**) Hanc quaestionem de illorum codd. origine ut ad liquidum perducerem, eos enotavi locos, in quibus inter deteriores codd. et Vaticanum intercedere observavi discrimina:

Codd. rfh Dissentiunt ab Ω II. 62, 6. II. 23, 7. II. 198, 4. II. 218, 10. II. 230, 1. 318, 14. II. 129, 5.

Codd. υfr: II. 126, 17. II. 324, 22. II. 299, 22 (ἔτη pro ἐτῶν).

υfh 250, 4. 251, 4. II. 37, 15. 219, 2. II. 219, 1. 373, 12.

υfr II. 224, 7.

fh II. 51, 19. II. 75, 18. II. 84, 11. II. 109, 20. II. 189, 8. II. 194, 3 et 17. 246, 17. 323, 5. 325, 6. 327, 2. 464, 13. 473, 12.

hr II. 80, 1. II. 135, 21. II. 141, 12. II. 150, 10. II. 36, 1. 270, 18. 375, 3. graviora II. 142, 13. II. 228, 5.

υh 218, 17. 251, 7. 306, 1. 370, 14. II. 78, 20. II. 87, 3. graviora II. 128, 21. (omissio). fr 396, 8. II. 320, 20. graviora II. 270, 9 et 12.

fontem, undecunque excurrit, certissimum est, continuisse complura, quae neque ex Vaticano neque ex Parisino hauriri poterant; primum enim omnia illa in melioribus codd. omissa retinebat, quae supplementa ex parte quidem prorsus necessaria esse demonstravimus, deinde decurtata quaedam ac perantiqua; qualia illa *μᾶλλον δὲ* et *ἡμῖν* esse diximus.

Quae omnia separatam suam originem atque longe illam distantem a ceteris codicibus (A Ω x) habuisse oportet. Sed ne haec quidem omnia sunt supplementa, quae ex fonte illo a ceteris diverso emanarint, sed multo uberior pleniorque praestantium et antiquarum lectionum fuisse videtur. Ex tantis autem copiis non multa quidem, at fragmenta quaedam bona fortuna ad nos pervenerunt cum in aliis (Parisino, Vossiano), tum in Vaticano amplissima adscripta.

Ac de praestantia adnotationum Vossiano adscriptarum jam supra diximus, adnotationes autem in Parisino repertae non tam multae esse videntur: Felsius glossas et in margine et in ima pagina legi narrat easque partim unciali, partim vulgari scriptura exaratas. Ac librarii quidem ipsius codicis esse non videri, nec

---

𝔳𝔯 II. 282, 10.

Ξ𝔣 II. 54, 21. II. 163, 14. II. 308, 12 et 14.

𝔳𝔣 leviora: 365, 5. 245, 9. 246, 6. 247, 5. 402, 6. 420, 19. 422, 22. 453, 17. (II. 42, 22.) II. 79, 5. II. 136, 10. II. 274, 6. II. 39, 4. II. 280, 11. II. 287, 4. II. 290, 11. II. 310, 1. II. 140, 22. II. 145, 11. II. 183, 13. II. 187, 9. II. 209, 2. II. 110, 18. II. 87, 2. II. 70, 13. II. 119, 14. II. 129, 15. graviora: addunt idem (ἄλλους) II. 76, 2. — omittunt 198, 11—13. II. 66, 10—13 (cum Ξ). II. 238, 6 (cum Ξ). II. 270, 6 (cum Ξ et a c o Flor. Stallb.). II. 210, 15. II. 67, 10—11. Ex his elucet: 1) tam saepe codd. 𝔳𝔣 consociatos spectari, ut propinquiores sibi invicem quam ceteris esse dicendi sint. 2) rarissime codices 𝔯 et 𝔳 consociatos esse. 3) a Vaticano Ω omnium saepissime discedere 𝔣𝔯, dein 𝔥; raro 𝔳. — Denique etiam Ξ saepius facere cum 𝔳𝔣.

tamen multo recentioris. Eadem autem manu interdum etiam varias lectiones adscriptas esse.

De origine autem ejus apparatus haec exstant indicia: Quantum ex Bekkeri et Stallbaumii commentariis observavi in Parisini adnotatione lectiones habentur quaedam jam in cod. Ω repertae ut χρὴ (p. χρόνον) 470, 1. eaedem cum cod. x II. 136, 12 ἡγεμονικαί; cum cod. Ω et r II. 76, 2 μήϑ' ἑαυτοὺς ἀδικεῖν μήϑ'. Communes cum margine Vaticani Ω permultae adsunt velut II. 331, 5. II. 333, 16. II. 136, 23. II. 294, 3. etc., in quo numero nonnullae lectiones sunt satis memorabiles, quaeque altiorem illarum fontem esse luculenter probant. Altera autem pars lectiones sunt e ceteris codicibus, ut videtur, translatae, si quando a pr. A et Ω dissentiebant cf. II. 270, 12 (μὴ ζημιώσας A Ω v x — ζημιούσϑω fr et γρ A Ω) et II. 120, 9. II. 324, 16. (eadem atque v f).

Praestantissimae vero adnotationes Paris. et Vat., quaeque alibi non reperiuntur nisi in mg. Vossiani (cf. supra p. 17), haec sunt:

II. 108, 8 pro ὕδωρ, quod sensu cassum est, dant ἥλιον.

II. 135, 9 pro ἐμὸν praestant νόμιμον.

II. 136, 18 βλαβὲν pro ἀβλαβές.

II. 136, 23 φιλίαν pro διαφοράν.

II. 255, 10 προςτάττει pro πράττει.

II. 263, 6 κεκραμένους pro κεχρημένους.

Accedit ille locus, quem supra dixi in omnibus codicibus mutilatum haberi II. 159, 11—14. Instauratus enim est in margine Parisini ex alio codice („ἐν ἄλλῳ δὲ οὕτως εὗρον“).

Item magnam lacunam codicis Parisini 405, 20—406, 16 in margine manu satis antiqua (saec. XI. vel XII.), quamquam non ipsius librarii, expletam esse, ex Felsio comperi; eademque manu etiam totus locus

472, 10—473, 10, qui in pr. A Ω r deest, adscriptus esse narratur.

Alia denique manu paullo recentiore cum correctiones non raras tum supplementa lacunarum illarum molestarum compluria in margine addita inveniri (II. 49, 18 καὶ ἀντίφωνον, item II. 100, 17. II. 116, 5. II. 269, 12. II. 273, 6).

Codici denique Vaticano plenissimus apparatus adjunctus est. Atque satis multa *) et antiqua manuscripta iis, qui eum confecerunt, ad manus fuisse videntur. Nam plures fuisse patet ex adnotatione ad 402, 10: τέλος τῶν διορθωθέντων ὑπὸ τοῦ φιλοσόφου λέοντος. Sunt autem illae collationes primum quidem cum iis codicibus institutae, qui adhuc supersunt, imprimis Parisino, velut 221, 8 ubi adjicitur τὸ ναὶ ἐν ἄλλοις οὐ κεῖται (deest scilicet in Parisino; cf. II. 302, 12 similiter II. 33, 8. II. 225, 17. 397, 13. 407, 8. 263, 13. 325, 15. 389, 5 ac vel saepius correctiones inde arcessitas invenies). Cum aliis quoque collatum esse affirmat nota ad II. 130, 12 τὸ ὡς εἴρηκα ἐν τισιν ὠβέλισται (deest in Veneto Ξ), item II. 190, 17 τὸ θεοῖς ὠβέλισται ἐν τισιν ἀντιγράφοις (notat enim punctis Vaticanus r) cf. II. 50, 12. II. 57, 17. II. 62, 20; et sic sexcenties cum deterioribus codicibus consentit **). Permultae autem

*) 365, 10 in Aυfhr et Ω habetur καταλειπόμενος, atque in mg. cod. Ω adnotatur: ὅλα τὰ ἀντίγραφα διὰ διφθόγγου; nempe respexit ille criticus ad Venetum Ξ, ut videtnr. Eum enim aliud praebere (καταλιπόμενον) apud Bekkerum discimus cf. ad II. 213, 12 „πεφάτω Ξ et (ἀπ' ὀρθώσεως) γρ Ω.“

**) Cum pluribus illorum hunc in modum conjunctum vidi. (Cancelli apponuntur ubi in codice Vat. correctio est.)

fhr. c. γρ (vel corr.) Ω II. 131, 1 (II. 157, 1. II. 31, 1. 318, 14)
„ υfr (II. 312, 5) II. 38, 15 (II. 65, 13. II. 326, 6. II. 244, 23. II. 266, 18. II. 278, 7).
„ υfh (II. 229, 18).
„ fh II. 219, 17 (II. 104, 22. II. 121, 20. II.

lectiones quoque ibi exhibentur, quae a reliquo nostro apparatu critico alienae sunt, velut quod adscribitur II. 151, 12 *τὸ ἡ ἀλλαχοῦ ὠβέλισται* vel quod narratur II. 162, 21 *τοῦ π τ ρ χ*, aliis locis *τοῦ π α τ ρ χ* (*χ* supra lineam addito), *τὸ β τὰς δύο ταύτας πεύσεις καὶ ἀποκρίσεις ὡς ἀφ' ἑνὸς ἔχει προςώπου ἀπ' ὀρθώσεως*; porro multa speciosa ac vera adsunt velut II. 301, 8 pro — *ηῖ κοινούτω* — *ἤκοι, κοινούτω* (*ἀπ' ὀρθώσεως*) cf. II. 148, 5 et 10 aliaque, quae hominem grammaticae artis non rudem ostendunt resque ipsas perpendentem (II. 45, 17. II. 182, 15. II. 186, 3. II. 176, 5). Verum etiam plane absurda proferuntur, ut II. 145, 2 (*πρώραν* pro *χώραν*) cf. II. 186, 22. II. 220, 5. Specimina vero antiquarum lectionum, quas in eo margine complures inveniri supra commemoravimus, haec sint: II, 167, 20 *τῇ πόλει* pro *τῇ βλαβῇ* (vid. Stallb.), II. 231, 2. *ἐπιδιδοίην* (pro *ἐπιδίδοι*), II. 110, 17 *τὸ δι' ἐν τισιν ὠβέλισται*, II. 306, 13 omittit *τε*, II. 143, 12 *βίαι ὡς ἐν*, II. 215, 20 *ἡ γένεσις ὡς* (receperunt Tur.) et multa alia praecipue in posterioribus libris saepe auxilium ferentia.

Has igitur adnotationes marginales, quoniam ex parte propter virtutem antiquitatem redolent, ex peculiari aliquo fonte emanasse judicavimus. Erat sine dubio codex aliquis optimae notae, ex quo haec omnia partim in Vaticanum partim in deteriorum classem translata sunt, idemque, ut ostendimus, eo maxime

---

44, 12) II. 205, 14.
„ 𝔥 𝔯 (409, 9) II. 240, 19 (II. 4, 11. II. 15, 22).
„ 𝔳 𝔣 II. 273, 3 (II. 222, 13 et 22. 387, 7. II 273, 13. II. 271, 20).
Saepissime cum 𝔣𝔯.
„ „ (II. 299, 15. II. 264, 7) II. 297, 12 (II. 122, 16. II. 78, 19. II. 202, 13. II. 277. 10. II. 334, 9. II. 68, 1. II. 283, 7. II. 11, 6. II. 157, 3. II. 158, 14.)

a ceterorum (A Ω) fonte differebat, quod ubique illis pleniores, saepe etiam antiquiores lectiones subministrabat.

Quae si ita sunt, talem fere codicum cognationem esse statuimus, qualem hoc stemmate significatam habes:



3. De Archetypo.

His ita expositis tandem ad Archetypi ipsius naturam considerandam accedamus, qualem ex omnium librorum mendis fuisse colligimus. Sunt igitur haec menda omnium communia librorum.

πολλαὶ pro πολλὰς II. 89, 17 (835e) *)

κινδυνεύσαντες pro κινδυνεύσαντα 230, 3 (650a) cf. II. 334, 1 (968e) βάλλοντες pro βάλλονται (ut videtur).

προςήκειν pro προςῆκεν 302, 9 (688c).

(λέγωμεν pro λέγομεν II. 126, 5 (857b) (Ξ f r ?) cf. II. 180, 22 (886c).

ἄλλος pro ἄλλως II. 101, 21 (842b).

ἤθεσι pro ἔθεσι II. 299, 6 (951b) corr. Herm.

(ἐπισκέφθῇ pro ἐπισκηφθῇ II. 276, 19 et 20 (937b) de Ξ et f nihil narratur).

τὸν τοιοῦτον pro τῶν τοιούτων II. 107, 9 (845A) et gramm. in Bekk. anecdot. I. 340, 18.

*) sic etiam A, teste Felsio.

(ηἶ pro ἢ II. 254, 20 (925D), omittunt Ξ et ς).
ἀνθέλκουσαι pro ἀνθέλκουσιν 219, 6 (644E) recepit tamen Schneider: antecedit nempe οὖσα, sequitur οὖσι.
τίνας pro τίνος II. 205, 16 (898D).
De ῥᾳστώνης et ῥᾳστώνῃ II. 216, 15 (903E) vide supra p. 35. n. Genitivum Schneider retinet.
λόγων pro λόγος statim sequentibus genitivis τῶν ὄντων II. 223, 9 (907A).
ἐπικαλοῦσαν pro ἐπικαλοῦσα 240, 17 (657B), antecedit accusat. καθιερωθεῖσαν, tenet tamen illud Schneider.
ὅταν τῷ τι δόξῃ pro δόξαν 303, 12 (689A), ex arbitrio correctum, ut videtur.
τῶν ἐπὶ νόμων τρεπομένων pro τῶν ἐπὶ νόμον τρεπομένων II. 160, 15 (874 E) (de Ξ et f tacet Bekk.).
περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς πολιτείας pro πολιτείαν 321, 9 (698A) (De Ξ et h tacent).
ἄλλος τις δοῦλος pro ἄλλον τις δοῦλος II. 148, 7 (868C).
(μείζων pro μείζω II. 170, 11 (933E), de Ξ v h tacent).
(ἀξίαν pro ἄξιον (sequente θήραν II. 70, 20 (823B), f h ? recepit mendosum Schneider).
τούτοις pro τούτους 422, 6 (756 B), antecedit dativus (οἷς); 422, 9 item (sequitur οἷς) cf. II. 333, 11 (ubi de r tacent) et 188, 4, quamquam dissentit Stallb.
καταλείποντι (sequ. τῷ θεῷ) pro καταλείποντα 455, 7 (773E).
(αὖ pro εὖ II. 190, 10 (891D), h r Ξ ?)
(ἀσκοῦντας pro ἀσκοῦντες II. 3, 9 (789B), de codd. v f nihil adnotatur).
ἀπέδωκεν pro ἐπέδωκεν 313, 17 (694B).
τὰ γοῦν pro τὰ δ' οὖν 199, 6 (634D).

τε pro γε 303, 4 (688 E) cf. 435, 21 (763 C), ubi Herm. et Tur. ejecerunt, et II. 69. 13 (822D) et II. 222, 13 (906D).

ὥς τε pro ὥς γε II. 126, 14 (857C).

καταδέξασθαι pro καταλέξασθαι 430, 2 (760B) (cf. codd. v r II. 333, 5).

λέγονται pro δέονται; rectum in margine 282, 19 (678D) cf. Stallb. (v r ?).

τῶν ἄλλων τῶν pro τῶν ἄλλων τῷ II. 234, 14 (915B)

(χρωμένῳ pro χρώμενον II. 126, 21 (857D) de Ξ f r h nihil refert Bekk.).

δεῖ pro δεῖν II. 294, 18 (948E).

πρὸς τούτων pro πρὸς τούτῳ 444, 5 (767E), quamquam recipit illud Wagner.

(τὴν μὲν τὴν δὲ pro τῇ μὲν τῇ δὲ II. 93, 20 (838A) cf. II. 302, 6 (952E) ὥραν pro ὥρᾳ (de Ξ et r tacent), reluctantur Schneider et Stallbaum et Bernhardy).

πρὸς τοῦτον pro πρὸς τοῦτο 447, 22 (769E).

ἐθέλειν pro ἐθέλει 461, 13 (777B), servat tamen illud Schneider.

αὕτη pro αὐτήν II. 278, 4 (937E).

(τὰ pro καὶ ἃ ? aliter Herm. 195, 12 (632E)).

(καὶ pro κἂν 208, 4 (639B) ?)

αὖ pro ἂν II. 165, 7 (877B).

(παιδειῶν (x παιδιειῶν Stallb.) pro παιδιῶν 216, 10 (643 C), de Ξ v f tacent; cf. II. 186, 9 (889 D) παιδείας pro παιδιάς)

διδασκαλιῶν (r διδασκαλίων) pro διδασκαλείων 438, 1 (764D).

χρύσεια καὶ ἀργύρεια pro χρυσία καὶ ἀργύρια 401, 10 (742D).

στασιώτας et πολίτας pro στασιωτείας et πολιτείας 353, 13 (715B) („criticorum correctio“ Stallb. ??).

(ἐπιμελεῖσθαι *) pro ἐπιμελουμένῳ II. 214, 6 (902D) ?? sic editt. omnes **).
φαίνεσθαι pro φαίνεται II. 7, 7 (791A).
ἀριστεῖα pro ἀριστερά 357, 1 (717A) (pr. Ω?).
λίθων pro λιθιῶν II. 236, 5 (916A).
(ὑποδίκου pro ὑπὸ ἀδίκου II. 244, 22 (920D) de r Ξ tacet Bekker).
διαφθείρεται κατὰ pro τὰ 233, 1 (653D) servat tamen illud artificiose Stallb.).
(τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων pro τῶν νοῦν ἐχόντων 348, 16 (713A) sic Tur. et Bekker; aliter Heind. et Stallb., qui servant lect. τὸν νοῦν).
τοῦτον pro {τὸ ἑαυτὸ II. 199, 18. (αὑτὴν Herm.) (896A)} (ħ?)
τί εἴπῃ pro τι πῇ II. 288, 5 (945B).
(ὁρᾶν ἃ pro ὁρᾶν οὖν 233, 7 (654D) tuetur Schneider, sed non intelligo).
δεδοικὸς ***) pro δεδυκός 469, 6 (781C).
δὲ pro τε II. 187, 21 (890B).
(οὔτε γὰρ pro οὐδὲ γὰρ cum Boeckhio Stallb. — servant vetus T. H. B.) 323, 5 (699A).
οὔτ' ἀσφαλὲς pro οὐδ' ἀσφαλὲς 457, 20 (775B).
(μήτε pro μηδὲ II. 44, 6 (810A), antecedit μήτε; Tur. tamen μήτε cf. II. 243, 5 (919D), ubi Stallb. aliter judicat cf. 274, 17 (936B).
(ἀφειμένον pro ἀνειμένον 432, 2 (761C), defendit tamen illud Winckelm.).
(οἵπερ εἶπον pro ὅπερ (Bekker) 469, 9 (781D) (Ξ ᾗπερ); ᾗπερ Herm. et Stephanus, οὕπερ Stallb.).

---

*) sic etiam A, teste Felsio.

**) haec mutatio violentior esse videtur; ac ne sententiae quidem satis facit. Quid enim? Qui parva negligit, is totum curandi et servandi facultatem habeat? Immo transponenda sunt verba βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ post ἐπιμελεῖσθαι.

***) sic etiam A, teste Felsio.

τὸν pro {τὰ Steph.* et Stallb. II. 181, 9 (887A) / τῶν Herm. Winckelm.}
μὴν pro μὴ II. 329, 10 (966D).
(οἱ μὲν ἡμῶν νομίζομεν pro νομίζουσιν II. 178, 4 (885C) r et Ξ ?)
ἐλπίζων pro ἐλπίζειν II. 304, 11 (954A) (correxit Boeckh.).
διαφυγεῖν pro διαφυγὴν II. 90, 11 (836B).
(προςτάττειν pro προστάτην καὶ 440, 19 (766A); tuentur tamen vetus Schneider et Wagner).
ἄνοιαν pro ἄγνοιαν II. 63, 2 (819 C), quamquam antiquum servat Schneider.
(γενόμενον pro γινόμενον II. 173, 17 (881 C); dissentit Schneider!.! v 𝔥 ?).
ποιήσετε pro πείσετε 249, 8 (661C).
ἀντιβολὴν pro. ἀντιπροβολὴν 422, 3 (756A).
ἀλλήλαις pro ἄλλαις *) 294, 17 (684D).
(νομίσματος pro νοσήματος 405, 6 (744D) v ?)
ξυσσιτίων pro ξυσσίτων II. 38, 15 (806 E) cf. II. 285, 4 (943D) περὶ pro περ sequente τῆς (adversatur Stallb.).
καταπεπιεσμένος pro καταπεπιασμένος II. 39, 1 (807 B) (rectum duo Florentini α δ et margo Vossiani).
(ἐμπλεκέντων pro ἐμπλακέντων (Ξ et 𝔥 ?) II. 54, 3 (814E) cf. II. 89, 13 (835 D) εὐτρεφεῖς pro εὐτραφεῖς (𝔣 𝔥 Ξ ?) servant Tur.).
ἑκούσιος pro ἀκούσιος II. 149, 18 (869A) cf. II. 146, 2 (867A).
κατοικήσεων pro κατοικίσεων 295, 21 (685B) item II. 335, 1 et 4 (969C).
(ὑμέτερον pro ἡμέτερον II. 132, 19 (860 C); jam correctum in cod. v).
(ὑμῖν pro ἡμῖν 327, 2 (701A) v? et II. 100, 8 (841B) 𝔥 ?)

*) sic etiam A, teste Felsio.

δὴ pro δὲ II. 312, 16 (958D).
δεῖ pro δὴ 356, 9 (716D).
(δὴ pro δεῖ 390, 19 (737A) pr. Ω?)
(εἴπερ pro ἥπερ II. 216, 15 (903E); tacent de f h r Ξ).
(τὰ pro τοῖς 357, 3 (717 B); h? retinuit illud Schneider).
ἡ pro αἱ II. 6, 19 (790E) (r?)
μικρότερον pro μακρότερον II. 313, 9 (959A).
(οἷς pro οὓς (?) II. 333, 11 (968D) r?).
ῥήματα (ῥητὰ mg. A ῥῆμα pr. Ω. — ς*?) pro ἠρέμα II. 64, 2 (820A).
(φθόνου pro φόνου (rectum in A et Ω adscriptum) II. 142, 5 (865A) rh?).
(φόβους pro φόνους (unus Ξ iterum φθόνους) II. 152, 12 (870C) rf?).
τὸ χρῶμα pro τὸ σχῆμα 266, 3 (669C) (retinet tamen Schneider χρῶμα).
(ταῦτα μανθάνουσι pro ταῦτ' ἀμαθαίνουσι 304, 10 (689C) h?).
ἐροίμην pro αἱροίμην (vel ἑλοίμην?) 366, 9 (721 E) cf. Koen. ad Greg. Corinth. p. 269.
(ἐπανερόμενον pro ἐπανελόμενον II. 29, 19 (802 B); ἐπαναιρόμενον *) Hermann; ἐπανορθούμενον Ast; ἐπανερομένους Steph. et Bekker).

---

*) ἐπαναίρω illud ex usu et ex significatione verbi αἴρω nihil est, nisi elevare, sursum movere cf. Thuc. VIII. 48 et schol. (explicat, ἐπανατείνειν). Hic autem quum legamus ἐπιρρυθμίζειν, participium, quod additur, necesse est, non motum tantum significare aliquoversus tendentem, sed sensus requiritur tractandi aliquid sive iterum subeundi. Id quod inest in ὀρθοῦν (cf. Lobeck ad Phryn. 250 sq.) et ἐπαναλαμβάνειν; inest autem etiam in synonymo ἐπαναιρεῖσθαι (cf. Herod. III. 108 et Eustath. p. 908, 4 de h. l.). Atque ἀναιρεῖσθαι quidem est suscipere cf. 921 d ἐάν τις ἄρα καὶ τούτων ἀνελόμενος δημόσιον ἔργον (cf. 921a et Phil. 59a). Atqui hoc loco sententia est denuo suscipere, iterum tractare. Legendum igitur ἐπανελόμενον *wieder in Angriff nehmend.*

(ὑπερβάλλειν pro παρεμβάλλειν 398, 5 (741 A); an omnes? cf. Stallb.).

(τὰ περὶ τὰς χρείας pro τ. π. τ. χεῖρας II. 14, 15 (794D); de fr*v* nihil indicant).

(γεώργοις pro γεωμόροις II. 103, 17 (843B) fr ?)

(οὐκ ἔστιν pro οὐκέτι II. 128, 3 (858A) 𝔥 ?).

ἐμὸν pro νόμιμον II. 135, 9 (861D).

(ἀνέλωσε pro ἂν ἐθέλωσε II. 148, 10 (868B). — Quid in 𝔥 et Ξ ?).

ἀγιώτερον pro ἀγριώτερον II. 219, 9 (905A).

Praeter has literarum et formarum commutationes nonnulla in cunctis obviam sunt vitia aut casu aut socordia nata; omissiones primum particularum velut

καὶ II. 89, 17 (835E); (ἢ II. 129, 17 (858E) *v* f 𝔥 Ξ ?) ἂν II. 148, 11 (868C), 227, 19 (648E), ante ἀναγκάσαι 300, 12 (687C); dein τε post ἐφίστητο; 349, 20 (713C); corrigendum enim ex Juliano ἐφίστη τότε; et τε post τότε II. 164, 11 (876E) *v* Ξ ?; τῆς post τὴν 321, 9 (698A).

(φασιν post προφάσεις 413, 21 (751E) ?).

(δὲ ante δὴ II. 206, 19 (899B) Ξ *v* f ?).

(ἢ ante ἡ II. 215, 20 (903C) 𝔥 ?).

Syllaba denique excidit in ἠκοινούτω, quod jam in Vaticano correctum esse supra diximus.

Denique additamenta parvula librariorum socordia intrusit haec:

μὴ in τὸν μὴ pro τὸν (antecedit τῷ μὴ) 270, 6 (671C).

ὃν in χρόνον ὃν ἂν pro χρόνον ἂν 415, 6 (752C).

(ἐν in ποιεῖν ἐν τοῖς pro ποιεῖν τοῖς 431, 10 (761A)*) Ξ 𝔥 r ?).

En igitur habes conspectum vitiorum et detrimen-

---

*) Nam de cod. Parisino quoque Bekkerum vera narrasse recenti Felsii testimonio constat, unde apparet ex Bastii silentio nihil concludi debere.

torum, quae non singulorum testimoniorum sed totius sunt critici nostri fundamenti. Casuum creberrima apparet confusio, qualem librario properantius scribenti nec sententias multum curanti non mireris identidem accidisse.

Dein syllabarum hae erant commutationes: αι et ας ες et αι (cf. Bast. comm. p. 763, qui tachygraphica harum syllabarum compendia similia fuisse docet *), ειν et εν, αι et ιν, ειν et ων.

Literarum ει et ι (cf. Bast. p. 720 et Prisciani locum I. p. 561 ibi allatum: ει diphthongus, quam pro omni ι longa scribebant more antiquo Graecorum **) ο et ω, ε et η, α et ε, γ et δ, γ et τ, δ et λ, ν et ι (subscriptum), ν et υ (cf. Bast. p. 735 sq.), ι et ρ, οι et υ, η et ι, η et υ, αι et η, α et ι. — Nonnullis locis accedebat ν (cf. Bast. p. 740). Excidit ι post τ et ρ (cf. Bast. p. 747) et post ϑ in vocabulo raro. Denique γ ante ν, α ante δ, ρ post ι omissum est propter formarum, ut videtur similitudinem.

Nec tamen ex his corruptionis generibus quidquam de aetate, qua archetypon scriptum sit, statuere ausim: quarto saeculo antiquius esse, ex iis, quae supra disputavimus (p. 36), elucet.

Expositum est de singulis codicibus, de familiis, de archetypo. Superest, ut de auctoritate et utilitate eorum judicium proferamus. Vidimus nobiliores, qui sunt Vossianus, Parisinus, Vaticanus, ut plerumque praestent ceterorum cohorti, ita et ipsos molem quandam habere vitiorum, quae ex parte tantum ceterorum

*) vide ibidem tabulam IV. Nr. 1 et 9.

**) Sed cave, ne inde aliquid de archetypi scriptura colligere posse opineris. Est enim haec mutatio non tantum „ex more antiquo Graecorum," sed etiam, si Bastio fides est, vetustiorum nostrorum codicum, velut Parisini.

consensu reparentur. Vidimus, multo minorem fidem ceterorum codicum vel constanti et communi suffragio haberi posse, ut quorum fons ab Archetypo jam multo sit remotior atque, etiamsi pauca quaedam antiqua et genuina aut ibi servata sint aut aliunde influxerint, tamen omnis generis corruptelis et interpolamentis infectior.

Quam caute denique etiam de omnium codd. consensu praesertim minutis in rebus et formarum variationibus judicandum sit, ex conspectu, quem supra posuimus, nemo non percipiet. Unde, quae via in tractandis his libris ingredienda sit, ut integritas iis, quantum fieri possit restituatur, jam dubitari non potest:

Fundamenta enim esse perseveramus eos, qui ad archetypi similitudinem proxime accedunt; id est Vossianum, Parisinum, Vaticanum (e quibus cod. Voss., si denuo excussus fuerit, nescio an futurum sit, ut ceteris duobus vel praestabilior esse reperiatur); quorum vestigia, ut archetypi lectiones restituamus, eo constantius cum in aliis tum in minutis et subtilibus lectionum differentiis premi debent, quo minus aut mendis contaminati aut mutationibus librariorum interpolati sunt. Ceteri autem male et inconstanter archetypi scripturam referentes fide non digni sunt, nisi paucis illis locis, ubi servarunt, quae in melioribus exciderunt. Verum tamen semper id intuendum et observandum erit, ipsum archetypon et interpolatum nec accurate ubique exaratum fuisse apographum, ut Platonici sermonis ne optimos quidem codices illos ubicunque certos et constantes testes habere possimus, sed semper videre debeamus, ne aut in singulis vocabulis negligentiae maculis polluti sint, aut in sententiis vel plura et graviora menda admiserint. Atque prius corruptionis genus qua ratione tractandum sit, supra (p. 1—3) sententiam nostram protulimus. De altero, quod violentius est, jam in iis, quae sequuntur, agemus.

II. Singula corruptionis specimina.

Duo sunt, ut constat, indicia, quibus, quae quoque loco leguntur, recta sint, an depravata, judicantur: sententia cujusque loci et grammaticae ususque leges, quorum indiciorum unum apparet ad formam, alterum ad argumentum pertinere.

Atque primum si formae regulis, quae in codicibus servata sunt, metimur, ejus negotii post Astii, Hermanni, Turicensium, Stallbaumii curas non magnam superesse partem, profecto non mirum est, praesertim si ea menda respicias, quae notissimas et certissimas linguae leges laeserunt.

Atque, etsi vel ejus generis forsitan nonnulla exempla supersint, quae parva opera ita possint formari, ut linguae legibus magis respondeant, ea tamen nunc mitto, ut ad difficiliores quaestiones accedam, de quibus quum nondum tam firma lex sit constituta neque ab omnibus approbata, ne horum librorum quidem locos, qui sub illas regulas cadunt, uno eodemque modo in editionibus tractatos videmus. Atque nunc ex eo numero illam consideremus quaestionem, quae est

1. de particula ἄν post relativa pronomina omissa.

Est autem haec res ex iis, quae in syntaxi potissimum non sunt rarae, in quibus non tam quaerendum,

potuerintne quaedam in universum dici, hoc enim satis constat, quam quibusnam temporibus et a quo genere scriptorum dicta et usurpata sint.

In Platonibus legibus, si codices sequimur, haec illius constructionis exstant exempla: 848a, 878c, 866e, 737b, 949a, 920b, 915d, 728a, 873e. Nam ille locus, ad quem Stallbaumius plura ex his in annotatione exegetica confert — est p. 920d —, non intelligo, quomodo huc pertineat. Si enim ad verba ὅσα τις ἂν ὁμολογῶν ξυνθέσθαι μὴ ποιῇ κατὰ τὰς ὁμολογίας, πλὴν ὧν ἂν νόμοι ἀπείργωσι ἢ ψήφισμα ἤ τινος ὑπὸ ἀδίκου βιασθεὶς ἀνάγκης ὁμολογήσῃ annotat: „erunt, qui ἂν additum cupiant," post πλὴν ὧν omnes ut ipse habent, deinde autem post ἢ quod non iteratur particula, id adeo non est mirum, ut jure, si adesset, supervacaneam esse arbitraremur *).

In universum vero Stallb. hanc rem non constanter, sed alio loco aliter tractat. Modo enim hanc constructionem non omni ex parte rejicit, sed exceptionem quandam admitti jubet, ut scilicet ἂν abesse possit, ubicunque hypothetica antecedat enuntiatio cum ἐάν et conjunctivo, ex qua ἂν in membro relativo suppleri debeat; cujus exceptionis ad 920 D duo affert exempla (utrumque 873 E legitur); modo dubitantius agit, ita ut p. 878 B ad verba ὅσα δέ τις τρώσας τινα μὴ μόνον βλάπτῃ τὸν παθόντα haec adnotet: „scribendum videtur ὅταν δέ τις — quamquam bene meminimus alibi quoque in his libris ἂν post relativa desiderari." Jam jam in contrariam fere partem flectit ad p. 921 E: „erunt, qui ad ὃς ἀποδιδῷ particulam ἂν additam cupiant. Hos igitur monitos volumus, ut respiciant ea, quae de ἂν apud relativa in his libris sub-

*) Vere supervacanea est, ni fallor, p. 767D si iteratur in verbis ὃς ἂν ἐν ἀρχῇ ἑκάστῃ ἄριστός τε εἶναι δόξῃ καὶ ἄριστ' ἂν (scripserim ἄριστα) καὶ ὁσιώτατα τὰς δίκας φαίνηται διακρίνειν.

inde omisso exposuimus ad 847E etc.“ At si id, quod monet, sequimur, majorem etiam ejus deprehendimus inconstantiam. In annotatione enim, quam adjecit p. 847E, palam se non credere confitetur, apud Platonem quidem particulam illam post relativa ὅς, ὅσος, alia non positam esse (atque similiter judicat ad Alcibiad. I. p. 134C) ibique constructioni aut ἄν illato aut verbo ᾖ deleto succurri jubet. Denique ad 737 B (οἷς ᾖ παλαιὰ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους καὶ ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῇ) postquam in annotatione critica plura proposuit, in exegetica alios videre jubet, quomodo auxiliandum sit. In tanta igitur illius dubitatione si circumspicimus, quid ceteri editores de hac re judicent, ne illi quidem, quantum scio, sibi constant.

Nam Bekkerus quum ceteris quidem locis in hac re codicum vestigia premat, tamen p. 920 B (II. 244, 9) scribit ὅσαπερ ἂν αὐτοῖς λειφθῇ δόξαντα ἐκ πολλῆς ἀνάγκης etc.; quamquam ἄν in optimis codicibus A et Ω non habetur. Neque aliter Turicenses et Hermannus, qui, etiamsi in plerisqne illorum locorum particula non opus esse judicent, nihilominus p. 847E eam inferunt idque ne justo quidem loco. Scribunt enim καὶ ὅσα ζῶα ξύμπαντα πράσιμ' ἂν ἑκάστοις ᾖ pro codd. lectione ἐν ἑκάστοις. Hermannus praeterea in Alcibiade I. 134, quod ex ceteris dialogis unicum, quod sciam, exemplum erat, correxit οὐ γὰρ ἄν. Haec igitur opiniones quum tam incertae et ambiguae sint, quid in Platone faciendum sit, ut ipsi dijudicemus, primum reliquorum scriptorum usum videamus, dein alios homines doctos, in primis grammaticos, audiamus. Atque in eo omnes consentiunt, apud Homerum, lyricos, tragicos eum usum tam frequentem esse, ut in illis poeseos generibus plane tritum ac legitimum fuisse pateat. Exempla permulta et apta contulit G. Hermannus in dissertatione de particula ἄν, opusc. IV. p. 113 sqq. (vide Lobeck quoque

ad Aj. 759). Sed cave, ne inde properantius aliquid de prosae orationis usu concludas.

Nam, si Bernhardyo credas, apud comicos quidem vestigium occurrit nullum. Comicos autem, imprimis Aristophanem, constat in talibus certissimos ut vulgaris linguae, sic prosae orationis consuetudinum esse testes; ut, quae illi e ceterorum poetarum syntaxi non assumpserint sed evitarint, apud bonos quidem atticos scriptores vix admittere liceat. Quorum testimonia insuper eo sunt graviora, quod in metris lectio ubique minus dubia aut conjecturis obnoxia esse solet. Sed ut ad prosae orationis scriptores redeam, tam immensa necdum a quoquam numeris circumscripta eorum locorum est multitudo, qui regulam comprobant, ut plane evanescat exiguus ille numerus, quo exceptio defenditur.

Apud Herodotum, si Steinio fides habenda est, duo tantum ejus generis loci inveniuntur lib. II, 85 *) *τοῖσιν ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκίων ἄνθρωπος τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ* et IV. 46 *τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα ἀλλὰ ἔωσι, οἴκημα τε σφι ᾖ*. Nam tertio, quem G. Hermann affert (de partic. *ἂν* p. 116) atque sic scribit: *ὅσοις δὴ ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι ἐῶσι* (IV. 66), etiamsi in optimis codicibus deesset *ἄν*, nihil facilius correctione foret *ὅσοισι δὴ ἂν ἄνδρες*. H. Stein in editione exhibet *ὅσοισι ἂν δὴ ἄνδρες*; Baer *ὅσοισι ἄνδρες*. De IV. 172 cf. Sauppe ep. crit. p. 89.

Apud Thucydidem IV. 17, 2. *τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς — τὸ δέον πράσσειν*, in quibus non modus tantum sed etiam

---

*) hoc diversum esse dicit Krüger. gr. gr. II. §. 54, 15, 4. Ἂν enim, quod praecedit, ad insequens quoque enuntiatum pertinere.

numeri poeticen redolent. Nam pro *χρῆσθαι* modo substituas *λέγειν*, plenus apparebit trimeter jambicus: *οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι μὴ πολλοῖς* (vel *πολλοὺς*?) *λέγειν*. Apud eundem paullo post IV. 18, 2 *σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο τόν τε πόλεμον νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν τούτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγήσονται*, ubi tamen, quod memorabile est, scholiasta dicit *ἀπὸ κοινοῦ τὸ οἵτινες ἄν*. — Xenophontis deinde propter codicum corruptionem in talibus auctoritatem nullam esse constat; de oratorum usu vide Schaefer ad Dem. IV. 193 *) et *Aken Lehre vom Tempus und Modus im Griechischen* §. 202.

Hermannus de part. *ἄν*, opusc. IV. p. 118, ex Epicuro quoque affert locum (ep. ad Pythocl. 31 p. 41 ed. Schneid.), ubi verba sunt *ἅλως περὶ τὴν σελήνην γίνεται καὶ παρὰ πυρὸς πάντοθεν προςφερομένου πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς ἀποφερόμενα ῥεύματα ὁμαλῶς ἀναστέλλοντος ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον κύκλῳ περιστήσῃ τὸ νεφοειδὲς τοῦτο καὶ μὴ τὸ παράπαν διακρίνῃ*, quae ut integra sint in codd. (Schneider *ἂν* inserit), non magni tamen fecerim, ut in scriptore nec bonae aetatis nec eximiae diligentiae.

Verum Hermannus, ni fallor, non propter auctoritatem scriptoris hoc exemplum affert, sed hac potissimum de causa, quod ipsius doctrinam de duarum illarum constructionum differentia comprobare et illustrare videtur. Quum enim ab initio hoc inter *ὅς ἂν* c. Conj. et *ὅς* c. Conj. interesse statuisset, *ὅς ἂν* significare id quod quicunque, *ὅς* autem c. Conj. solo, quod is ipse qui, ille Epicuri locus, quam maxime opportunus ei occurrit, quippe quo, quod antecedit, *τοσοῦτον* de indefinita

---

*) docet eo loco similia ejus generis, quo in legibus publicis essent, propria fuisse, exempla non plus duo subministrat.

vi relativi apud Conjunctivum non jam cogitari sineret, sed cum conjunctivo et sine ἄν illud pronomen certam aliquam rem spectare demonstraret.

Sed, si totum relativi usum amplectimur, quid ni etiam addita particula ἄν in pronomine eam vim inesse statuamus, qua certa et definita respiciat, atque tum quoque particulam si non Epicurum, at bonos atticos scriptores subjicere relativo solitos esse.

Sed ut distinctius declarem, quid velim, paullo fusius de vi relativi, quam dicunt indefinitam, exponere opus est. Per se enim relativum non magis quam demonstrativum indefinitam naturam habet. Nam sicut demonstrativum ad aliquid monstrat, ita relativum semper rem aliquam habet, ad quam refertur. Quo enim pacto pronomen relativum esse et appellari posset, nisi ad aliquid referretur?

Quodsi dicunt, saepe id vocabulum desiderari, ad quod pronomen relativum pertineat, nemo non videt, vocabulum quidem saepe deesse, rem vero nunquam, quippe quam facili opera, ubi debeat, cogitatione suppleamus. Quae si ita habent, quae tandem ista vis indefinita *(unbestimmte, verallgemeinernde)* est pronominis relativi, quam omnes graecis illis ὅς ἄν, ὅςτις ἄν etc., latinorum quicunque, nostro, *wer immer*, exprimi compertum habemus? Non in relativo, opinor, primitus haec vis inest, sed in eo nomine, ad quod refertur et cujus, ut ita dicam, est vicarius. Illud autem ipsum quale sit et ad quasnam res aut personas spectet, relativo quidem enuntiato fusius explicatur et illustratur, sed utrum unum notumque jam antea, an genere aut numero indefinita respiciat, id non relativo enuntiato, sed ea periodo, unde illud pendet, determinatur. Nam cujus enuntiati est membrum, ex ejus sententia suam vim eamque non ancipitem accipere consentaneum est.

Indefiniti autem correlativi, quod dicimus, tria sunt genera: aut id valet, quod οὗτοι πάντες, aut quod ἕκαστος, aut quod οὗτος (τοσοῦτος, τοιοῦτος etc.). Atque in primo et altero genere numerus, de quo cogitandum, non circumscribitur, sed in primo universi comprehenduntur, in altero ad singulos respicitur, qui quot sint, non patet. Tertii autem generis correlativum numero definitum est, incertum relinquitur, quis (aut quantus aut qualis) sit unus ille, de quo agitur (cf. legg. 864 E τὴν βλαβὴν, ἣν ἄν τινα καταβλάψῃ). Etenim haec omnium correlativorum natura est, ut altero quodque correlativo egeat, quo id, quod significatum tantummodo erat, explicationem accipiat; id quod in eo genere, in quo nunc versamur, enuntiatis relativis, id est relativo pronomine introductis efficitur. Quod si in ejus modi enuntiatis relativis magnum sane pondus inest — idque aliquanto majus quam in demonstrativis pronominibus, quae praenuntiandi aut repetendi tantum muneribus funguntur, — nihil linguae naturae convenientius erat, quam, si indefinita vis in correlativo inesset, ut per ἀναφορὰν in relativo iteraretur; cui rei graecorum ἂν, latinorum cunque (vel duplicatio), nostrum *immer* relativis adjecta simili modo inserviunt.

Itaque aequo jure dicitur omnes qui et omnes quicunque, πάντες οἳ et πάντες οἳ ἄν, ἕκαστος ὅς et ἕκαστος ὃς ἄν*) — nec tamen eadem prorsus vi. Nam in formulis πάντες οἳ ἄν et ἕκαστος ὃς ἄν id ipsum, nesciri, quantus eorum munerus sit, magis effertur; de genere atque modo dubitari in talibus inest, qualia sunt οὗτος ὃς ἄν, ὅσος ἄν —, τοσοῦτος; quamquam in his cavendum est, ne diversa misceamus. Sunt enim exempla specie quidem propinqua et similia,

*) quisque — quicunque non in usu fuisse (nec magis apud nos *jeder der immer*), nemo mirabitur. Nam quisque consimili formatione indefinitam vim accepit atque relativum quicunque.

revera autem ab eo genere, in quo nos versamur, aliena; velut si dicitur: ὃς ἂν (τις) τοῦτο ποιήσῃ, (οὗτος) ϑανεῖται, quisquis hoc fecerit, (is) morietur, *wer immer das gethan hat, er wird sterben,* in his non puto ὃς ἂν et οὗτος, quisquis et is, *wer* et *er* inter sese conjungenda esse, sed accuratiorem constructionem in talibus esse ὃς ἄν τις ᾖ ὁ τοῦτο ποιήσας, οὗτος ϑανεῖται etc., ut ὅς ἄν τις, quisquis, *wer immer* non sint subjecta, sed praedicata, nec demonstrativa, si adsint — nam deerunt plerumque —, ad praedicata pertineant sed subjectorum notiones (ὁ πεποιηκώς etc.) repetant. Atque ejus modi enuntiata cum ὅς ἄν τις quisquis, *wer immer,* quae interrogandi sunt formulae, introducta nescio an interrogativa rectius appellentur quam relativa; nempe menti obversatur, nihil interest vel simile aliquid. Quod vero constructio aliquanto differt a legitima interrogationum, quae dicuntur indirectae, id apud graecos, si accidit, per confusionem tantum cum relativis enuntiatis explicari potest; nam justa interrogationum talium forma fere haec est: ὅςτις δή ποτ᾽ ὢν τυγχάνει ὁ ποιήσας; apud latinos autem indicativus in his interrogationibus antiquiore tempore admissus est cf. *Madvig gr. lat.* §. 356. 3.

Signum igitur indefiniti in relativis erat particula ἄν, quae qua ratione huic rei idonea esse potuerit, cum ex reliquo ejus usu apparet, tum ex eo more, quo saepe per βραχυλογίαν pro toto enuntiato hypothetico poni solet cf. *Bernhardy wissenschaftl. Syntax* p. 256 et *A. F. Aken die Grundzüge der Lehre von Tempus u. Modus im Griechischen* §. 56 (et 287 sq.). Aken ἄν primitus fuisse docet demonstrativum fere id significans, quod „tum“ et *denn* (correl. si, εἰ, *wenn),* deinde autem indefiniti quoque significationem accepisse (vide Krüger quoque §. 54, 10, 3). Atque hanc, opinor, apud relativa retinuit, sed eum in modum, ut ad distributivam inclinaret. Nam ὃς ἄν quum primitus valeret qui ali-

quo tempore, in propinquam notionem abiit, ut esset qui quoque tempore *(welcher immer)*; nec aliter latinorum cumque *), quod quum nihil nisi quandoque esset (quamquam non sic usurpatum est; vide Lachmann comment. ad Lucret. pag. 288), relativis si adhaerebat, distributivam vim habebat. Manifestam vero hunc significationis transitum deprehendimus in germanico *je* quod in vocibus *jemand*, *jemals* est id quod aliquis, aliquando, in *jeder* non ad unum sed ad singulos respicit (idemque *jeder* cum distributiva simul universalem vim assumpsit, qua haud procul abest ab *alle*. Nec minus quam nostrum *immer* graecorum ἀεὶ universalem cum distributiva vi conjugat cf. Krüger gr. gr. §. 50, 8, 9 et 10, 5). Distributionis autem vim in relativis indefinitis inesse, non tantum ex particulae natura aut finitimarum linguarum similitudine apparet, sed luculenter etiam docetur exemplis talibus, quale illud est, quod Matthiae gr. gr. §. 483 ex Thucydide VII, 7 affert *πρέσβεις — ἀπεστάλησαν, ὅπως στρατιὰ ἔτι περαιωθῇ τρόπῳ ᾧ ἄν, ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως, ὅπως ἂν προχωρῇ*, ubi particula ἢ singula, quae cogitari possunt, exponuntur et distribuuntur.

Signa autem illa indefiniti, quandoquidem ad relativa ipsa nec alio pertinent, nemo mirabitur, quod neque in nostra lingua neque apud latinos neque apud graecos longiore intervallo a pronomine separari solent. Quae lex apud graecos quidem, quod sciam, non violatur; nam particulas tantum vel alias parvi momenti voculas interponere licet, latinis autem paullo liberior usus erat.

Haec igitur si illius signi potestas ac natura est,

---

*) Syllaba que interrogativa et indefinita est nec diversa illa quidem a graecorum τε, κα in ὅτε et ὅκα etc. (nec aliud κεν sive apud dores κα, quod idem valebat atque ἄν?) cf. G. Curtius Etym. gr. II. p. 54 et 73.

jam ita tantum omitti potuisse apparet, si alia aderant, quae relativa non definita esse indicarent. Atqui graeci peculiarem in ejus modi enuntiatis verbi modum ponebant, conjunctivum, quem antiquissimis temporibus ad illam vim declarandam satis habuisse videntur. Itaque per se nihil impedimento est, quonimus in prosa quoque oratione *ἄν* abesse possit. Verum post praesentia quidem et futura consuetudine aliud sancitum est.

Conjunctivum autem usurpari constat, ubicunque rerum eventus non adest, sed exspectatur, necdum, qualis futurus sit, certis finibus circumscribi potest; tamen, si quis ob hanc causam indefinitis relativis illum verbi modum idoneum esse opinetur, equidem tam procul absum, ut hanc opinionem comprobem, ut latinos sicut in aliis, ita in hoc loquendi genere subtilius et constantius quam graecos voces ac formas sententiis adaptasse censeam. Nam in eo genere, de quo agimus, omnis dubitatio et exspectatio in eo versatur, in quemnam hominem vel in quamnam rem ea condicio cadat, quae enuntiato relativo continetur. De ipsius condicionis veritate non dubitatur, nec magis hoc quaeritur, num ita comparata sit, ut in certum aliquem (sive hominem sive numerum etc.) quadret. Nec enim pronomen demonstrativum adest sed relativum indefinitum, quod inter plura optionem dari significat, quae pariter praedicato aliquo digna aut indigna esse putantur. Ubi vero condicio non ad certa definitaque refertur, ibi, si per se indubia est, ne per illa quidem, quae ignota sunt, in dubitationem vocari potest. Ergo de tali condicione, quae num expleatur, in medio positum sit, in enuntiatis illis omnino non sermo est. At graeci enuntiatis relativis aliena immiscebant, id quod vel insignioribus illis vestigiis comprobatur, de quibus agunt Krüger §. 51, 13, 11 et Haase Lucubr. Thuc. p. 77. Quasi vero, si Homerus dicit (Od. 14,

138) οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον ἤπιον ὧδε ἄνακτα κιχήσομαι, ὅπποσ' ἐπέλθω, illud ἐπελθεῖν aut per se aut propter objectum hypothetica ratione diceretur! Scilicet menti prorsus diversa *) sententiae conformatio obversabatur, quae erat ἐὰν ὁπποσαοῦν ἐπέλθω, quae licet ad idem fere rediret, tamen relativo semel posito satius erat in legitima ejus constructionis forma perseverare.

Sed ad Hermanni sententiam redeamus. Is si peculiaris generis exemplum Epicureum illud, quod affert, τοσοῦτον ἐφ' ὅσον περιστήσῃ esse putat, equidem, quid a ceteris differat, non video. Nam similiter explicandum est, atque cetera: quatenus quoque tempore circumstat, eatenus etc., nisi forte id singulare dicas, quod demonstrativo addito constructio plena ac legitima facta est; in qua demonstrativum satis definitum forsitan mirum alicui videatur, quod relativo indefinito respondeat. At re vera ne demonstrativum quidem τοσοῦτον magis definitum est quam relativum, quoniam, quid valeat, relativo dumtaxat enuntiato adumbratur. Exempla apud Astium in lexico Platonico s. v. ὅς, ὅςτις, οἷος etc. multa conquisita sunt et cf. *Bernhardy wissenschaftliche Syntax* p. 399.

Jam vero patet, quid de discrimine eo, quod Hermannus statuit, judicari debeat. Dicendum enim est: „Is ipse qui" — hoc enim valere dicit ὅς c. Conj. omisso ἄν — aut plane aliud esse quam quicunque ideoque ὅς aliam secum habere constructionem (indicativum), quippe certum aliquem atque notum respicere *(jener bekannte eben, welcher)*, aut prorsus idem valere,

---

*) Aliter Krüger judicat, quum dicit (§. 54, 13, 1): *In so fern aber solche Sätze sich nicht auf individuelle Gegenstände beziehen, sondern beliebige der bezeichneten Art befassen, heissen sie hypothetische relative Sätze, indem hier z. B. ὅς oder ὅς τις soviel als εἴ τις ist ὃς ἄν soviel als ἐάν τις.* At dubito, num illa enuntiata propterea recte hypothetica appellentur, quia pronomina in iis non ad certas res referuntur.

quod quicunque, atque hanc ob causam eandem cum ὃς ἂν sibi constructionem expetere (conjunctivum). Atque Hermannus de eo tantum agit, quod graecorum relativo cum Conjunctivo respondeat.

Sed illud ipse, quod pronomini demonstrativo addit, si locutionis vim adeo mutare arbitratur, ut non jam graecorum ὃς ἂν c. Conj. sed ὃς solum cum Conj. accuratam interpretationem contineat, dubito, num recte sic judicet. Nam „ipse“ vim demonstrativam urgere potest, nec vero inde ea, quae pronomine demonstrativo ostenduntur et comprehenduntur, distinctiorem definitionem accipiunt; gravius eam rem, quae monstratur, extollit, sive nota est, sive ignota, qua dicendi gravitate nec demonstrativi nec relativi vis grammatica immutatur.

Sed haec de Hermanni doctrina sufficiant, quam fusius magnaque exemplorum copia refutare studet *Bäumlein, Untersuchungen üb. die griech. Modi* S. 212—16. Pergendum est ad ceterorum sententias considerandas. Atque Matthiae quidem et Krueger (et, ut videtur, *Bäumlein* S. 216 sq.) etiam in prosa oratione eum usum, quo ἂν deesse possit, admitti volunt, quamvis non admodum confidenter universum hunc locum tractent, nec de singulis scriptoribus separatim agant.

Bernhardy jam distinctius judicat, hanc brevitatem apud antiquiores quidem, quamquam raro, inveniri, a comicis autem et ab optimae aetatis scriptoribus plane alienam esse.

Heindorfius denique, quo nemo Platonicae orationis unquam peritior fuit judex et existimator, ad Phaedonem §. 16 (pag. 62C) hanc sententiam profert: „πρὶν ἂν ἀνάγκην. In his nihil cunctatus voculam ἂν inserui. Nam apud poetas atticos πρὶν subjunctivo saepius jungitur, ut Eur. Orest. 1216. 1351, eademque est ratio particularum ὅπου, ἕως, ὄφρα, ἐπεὶ; itemque relativi ὃς etc. cf. Protag. §. 87. Apud prosae scriptores corrigi hujusmodi omnia debent. Itaque et de legg. IX. p.

872E scr. πρὶν ἂν φόνον φόνῳ — ἡ δράσασα ψυχὴ τίσῃ et Laches p. 187E πρὶν ἂν ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι λόγον.“

Quo autem modo ceterorum scriptorum loci aut sic, ut scribuntur, defendendi et servandi, aut emendandi sint, videant, qui criticos apud illos apparatus funditus noverunt. Nobis de legum Platonicarum locis negotium est, quos praesertim Heindorfii auctoritate et codicum vilitate freti de vitio fere omnes admodum suspectos habemus. Sed singulos jam adeamus.

Atque nonnullis, ut supra monuimus, jam editores sive ex vulgata lectione, sive ex deterioribus codicibus opem ferebant. Sic 920B verbis ὅσαπερ — λείφθῃ, ubi in codd. A et Ω ἂν omittitur, omnes, quod sciam, addunt. Item 915D mutant ὅσα ἀλλάττεται pro codd. ἀλλάττηται atque recte, sed ne verbum quidem adnotant. Dein 949A praeter Bekkerum omnes scribunt ὁπόσα μὴ φέρει, etiamsi haec lectio non habeat, quo nitatur, nisi correctos codd. A et Ω *).

Quid vero? haec si mutare licebat, quid ni etiam plura licet?

Habent enim justam defensionem hae conjecturae, modo respicias exempla illa, quae de codicum omnium, quaeque de optimorum corruptione attulimus, cf. supra pag. 48. et 11. et 13. (conjunct. et indic. mutantur, δεῖ et δή, ἧπερ et εἴπερ, διαφυγὴν et διαφυγεῖν). Et quod ἂν adjiciendum esse dico, idem jam saepius et ab omnibus adjectum est cf. supra pag. 28 ubi de communibus Vossiani et Par. mendis exposui et p. 51 praecipue 868 C et 648 E, ubi in omnibus ἂν deest. Hanc igitur rationem secuti jam, quos supra congessimus locos, tractemus.

Pag. 873E bis legitur (πλὴν) ὅσα cum Conjunctivo: Primum ἐὰν δ' ἄρα ὑποζύγιον ἢ ζῷον ἄλλο τι φονεύσῃ

*) Nam Stallb. ut alibi sic etiam hic confundere videtur duas codicis Par. manus.

τινά, πλὴν τῶν ὅσα ἐν ἀγῶνι τῶν δημοσίᾳ τιθεμένων ἀθλεύοντά τι τοιοῦτον δράσῃ et paullo post *ἐὰν δὲ ἄψυχόν τι ψυχῆς ἄνθρωπον στερήσῃ, πλὴν ὅσα κεραυνὸς ἤ τι παρὰ θεοῦ τοιοῦτον βέλος ἰόν, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα τινὸς προςπεσόντος ἢ αὐτὸ ἐμπέσον κτείνῃ τινά.* Utroque loco omissae particulae *ἂν* Stallb. excusationem quandam invenisse sibi videtur, quod scilicet hypothetica enuntiatio c. *ἐὰν* particula antecedat, cujus vim ad ea, quae sequuntur, quoque aliquid valere existimat. At diversis et disjunctis in enuntiatis unius particulae semel positae vim valere, donec aliis similibusque exemplis firmatum erit, non statuerim *). Nam plane aliud et multo simplicius est, quod supra attigi, ubi p. 920D vidimus *ἃ ἂν* supplendum esse, ibi enim idem enuntiatum particula disjunctiva *ἢ* continuabatur. Hic vero separata sunt enuntiata, sua utrumque conjunctione introductum suamque constructionem utrumque efflagitans.

At enim vero, quid omnino in his secundariis membris constructione opus est, qua quam plurima comprehendi significetur. Cur non vulgari et simplici relativo cum indicativo contenti simus? Nec quidquam indicativo aptius post particulam *πλήν*, quae, praesertim si articulus relativum antecedit, simpliciter totam et solutam classem excipere videtur. Indicativum igitur modum restituendum esse dicimus (*πλὴν τῶν, ὅσα δράσει* et *τῶν ἄλλων, ὅσα — κτείνει*). Mutatio autem conjunctivi cum indicativo, quum per hos libros frequens est, tum hoc loco propter primarii utrobique verbi finiti modum in secundarios facile inferri poterat.

Idem remedium facile et commodum adhibendum esse censemus illi loco, qui est p. 878C *ὅσα δέ τις τρώσας τινὰ μὴ μόνον βλάπτῃ τὴν πόλιν,* ut scribatur,

---

*) dissimilia sunt quae Krüger. grammat. §. 69, 7, 4 attingit (cf. eundem ad Thucyd. V. 36, 2. VI. 34, 5.).

inquam, ὅσα δέ τις — βλάπτει. Conjunctivus autem, quis est, quin videat, quam facile hic quoque, tot hypotheticis periodis antecedentibus et sequentibus, a scriba inferri potuerit? Neque aliter comparata sunt, quae leguntur 728 A ὅς ἅπερ ἂν νομοθέτης — τάττῃ, — μὴ ἐθέλῃ. Scriptum fuerat, ni fallor, μὴ ἐθέλει. In quo nescio an scribis illud μὴ c. Indicativo (cf. 949A supra pag. 66) offensionem dederit, quo tamen nihil usitatius in enuntiatis generalibus; cf. Phaedo. 65A δοκεῖ γέ που — τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν et resp. p. 357B καὶ αἱ ἡδοναὶ ὅσαι ἀβλαβεῖς καὶ μηδὲν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ ταύτας γίγνεται ἄλλο ἢ χαίρειν ἔχοντα (plura vide, sis, apud Aken §. 218. et Krueger 67, 1, 2) in quibus non minus, quam hoc ex legibus loco certis verbis classes quaedam indicantur idque, ut par est, modo indicativo.

Satis vero paratum et apertum auxilium illis adest, quae pag. 847E hunc in modum leguntur: τὸ δὲ δωδέκατον μέρος ἕκαστον οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν, οἷσι δὴ καὶ τὰ ἅπαντα ἀκολουθείτω τὰ ἄλλα ὡραῖα νεμόμενα, καὶ ὅσα ζῷα ξύμπαντα πράσιμα ἐν ἑκάστοις ᾖ, τριχῇ διαιρείσθω κατὰ λόγον. Delendum enim est ᾖ, quod Stallb. jam proposuit cf. p. 56. Quo conjunctivo eo libentius verba Platonis liberamus, quia ipse interposito ξύμπαντα *(in Allem)*, se de cuncta uniuscujusque pecude venali cogitare tamquam classi significat, neque, quot cuique sint, quidquam interesse. Universam enim quamque summam dividi jubet. Est autem illud ᾖ nihil nisi additamentum grammatici (cf. simile in mg. cod. Ω II. 288, 18 (945D).

Difficilior aliquanto est locus, qui legitur 737B, quem suo jure Stallbaumius corruptum esse judicare videtur. In optimis enim codicibus haec exstant: ἀνεγκλήτους γὰρ δεῖ — τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους κατασκευάζεσθαι ἁμῶς γέ πως ἢ μὴ προιέναι πρότερον εἰς τοὔμπροσθεν

ἔχοντα εἶναι τῆς ἄλλης κατασκευῆς, οἷς ᾖ παλαιὰ ἐγκλήματα πρός ἀλλήλους, καὶ ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῇ. Quae, id quod forsitan alicui primum in mentem veniat, non eodem modo, quo ea, quae paullo ante tractavimus, deleto scilicet ᾖ, expediri poterunt, sed alia via investigari debebit. Nam primum, quum οἷς respondeat alteri οἷς paullo post insequenti, ne orationi concinnitas desit, in priore sententia verbo quoque opus est finito, quod respondeat posteriori ἔδωκε. Deinde non sunt certi aut jam noti, de quibus loquitur, sed totam classem hominum comprehendit et admonet, nec aliter in proximis καὶ ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῇ. Unde apparet nihil hoc loco aptius esse locutione οἷς ἂν ᾖ.

Quam si confidenter reponi jubeó, non codicum modo indole hanc sententiam defendo, neque ad exempla criticorum tantum provoco ἂν addentium (cf. supra), sed ex ipsius hujus loci natura profectus, suffragium fero. Satis enim constat in optimis codicibus *) legi οἷς ᾖ. Haec autem forma commodum facilemque ita habet explicatum, si quum aliquot litterae in codice antiquo, nescio quo casu, evanuissent, hoc tantum η a librario etiamtum statuimus cognosci potuisse (cf. tamen p. 46). Sed primitus non duae literae tantum η ι adfuerant, sed signum quoque particulae ἄν. Quod denique in altero membro ὅσοις — μετῇ particula deest, id nescio an ex eo more factum sit, quo haec particula duobus ejusdem generis enuntiatis communis (ἀπὸ κοινοῦ) poni potuit. Similis certe alius locus in his legum libris habetur, qui est 866 D—E: θυμῷ γὰρ δὴ πέπρακται καὶ τοῖς ὅσοι ἂν ἐξαίφνης — διαφθείρωσί τινα —, θυμῷ δὲ καὶ ὅσαι προπηλακισθέντες λόγοις ἢ καὶ ἀτίμοις ἔργοις μεταδιώκοντες τὴν τιμωρίαν ὕστερον ἀποκτείνωσί τινα βουληθέντες κτεῖναι, καί

---

*) de cod. Paris. testabatur denuo Felsius.

τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς ἀμεταμέλητον γίγνηται. In anaphora igitur semel positum ἂν satis habuisse videntur cf. Krüger II. 54, 15, 4.

Superest, ut de eo loco agam, qui p. 955D hunc in modum legitur: χρημάτων εἰςφορᾶς πέρι τῷ κοινῷ τετιμῆσθαι μὲν ἕκαστον τὴν οὐσίαν ἕνεκα πολλῶν χρεὼν καὶ τὴν ἐπέτειον ἐπικαρπίαν ἐν γράμμασιν ἀποφέρειν ἀγρονόμοις φυλέτας, ὅπως ἂν δυοῖν οὔσαιν ταῖν εἰςφοραῖν, ὁποτέρᾳ τὸ δημόσιον ἂν χρῆσθαι βούληται, χρῆται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον βουλευομένων, ἐάν τε τοῦ τιμήματος ὅλου μέρει, ἐάν τε τῆς γενομένης ἐπ' ἐνιαυτὸν ἑκάστοτε προςόδου, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ξυσσίτια τελουμένων. His, ni egregie fallor, violentiori medela succurrendum est. Nam verba ὁποτέρᾳ τὸ δημόσιον ἂν χρῆσθαι βούληται, quo ordine nunc se excipiunt, a certa linguae lege discedunt. Legitimus autem ordo ὁπότερον ἂν restituetur subjecto illo τὸ δημόσιον in enuntiatum regens relato et post ὅπως ἂν transposito. Quae subjecti collocatio insuper aliquanto naturae convenientior esse videtur, quam ea, quae nunc exhibetur. Violenta autem remedia morbis gravibus oportet adhiberi, qui quales in his libris sint, et qua ratione curandi, jam ex iis apparebit, quae deinceps exponemus.

2. De additamentis.

Sunt multa corruptionis genera, quibus hos libros infectos videmus; omnium vero et frequentissimum et perniciosissimum additamenta falsa esse dixerim. Quorum quanta sit multitudo, novissima quaeque editio (Turicensis, Hermanni, Stallbaumii) fere qualibet in pagina demonstrat. Etiam Bekkerus cautissimus in talibus judex nonnullis saltem locis singulis verbis exclusis orationi medelam afferre studebat. Astius multo

plura notaverat, neque tamen pari ubique jure. Plurima denique Hermannus sagacissime indagavit glossemata, quibus sublatis Platonis verbis antiquus et genuinus splendor restituitur. Sed quamvis vir doctus octoginta circiter locis additamenta agnoscere sibi visus sit, idque in plerisque non injuria, quorum plus quam dimidiam partem ipse primus notavit, tamen nondum ab hac opera desistendum est, nam cum alia, tum multa etiamnum neque levia librariorum additamenta praeclarum Platonis opus commaculant. Quae quo facilius investigentur, atque omnino illud genus, quale in legum libros irrepserit, perspiciatur, utile erit breviter additamenta, quae ab aliis jam inventa sunt, perlustrare et inter se comparare. In quo negotio ante omnia cavendum erit, ne duo genera commisceamus. Additamentorum enim pars quidem glossemata sunt de industria a scriba vel grammatico aliquo adjecta; pars antem casu orta sunt sive adscriptae lectionis introductione, quam *διττογραφίαν* dicunt, sive literarum vel vocabulorum iteratione; ac patet talia facillime in parvulis vocabulis articulo, particulis, similibus usu venire.

Hoc igitur genus primum secernam et perversae repetitionis exempla afferam.

Imprimis particula *εἰ* compluribus locis per errores librariorum litterarumque similitudines Platonis verba ingressa non leviter turbavit. Modo aspicias quaeso, quos p. 12 ex Vossiano et p. 24 ex deterioribus (434, 17 et 313, 14) hujus rei testes attulimus. Atque similem originem habere videtur *εἰ* illud, quod p. 905A in omnibus codd. habetur: *ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μή ποτε οὔτε εἰ ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος ἐπεύξηται περιγενέσθαι θεῶν*, jure igitur expulsum est. Denique 945B in verbis *ἄν τίς τί πῃ σκόλιον αὐτῶν πράξῃ* literae *ει* errore simili post *τι* inculcatae diu interpretes sollicitaverant et ad violentissimas totius loci mutatio-

nes perpulerant. Nunc ab omnibus, quomodo ortum sit, perspectum est.

Evidentius vero hujus rei exemplum non exstat, quam hic locus: τὸν πρῶτον κριθέντα τῶν γενομένων ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῶν ἱερέων (947 B). Nam quis est, quin videat articulam τῶν ex antecedenti syllaba τῷ ortum esse cf. pag. 26. 28. Atque sustulerunt fere omnes (A. H. St. T.). — Repetitis quidem literis nec tamen commutatis aliis quoque locis particula τε scriptoris sententias intravit et turbavit. Sic recentiorum editorum (H. St. T.) suffragiis 840 A in Atheniensis hospitis oratione ἆρ' οὖν οὐκ ἴσμεν τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον ἀκοῇ διὰ τὸν Ὀλυμπίασί τε ἀγῶνα καὶ τούς τε ἄλλους κτλ. alterum τε damnatum est. Nec minore jure Hermannus p. 943 D, ubi legitur φοβεῖσθαι τὸ μήτε ἐπενεγκεῖν ψευδῆ τιμωρίαν μήτ' οὖν ἑκόντα μήτ' ἄκοντα, pro μήτε scribi jussit μή, quoniam μήτε prorsus non habet, cui respondeat. Scribentis nempe oculi in particulas, quae sequuntur, aberraverant. Similiter denique una litera extrusa periodus sanata est, quae legitur 957 C πάντων γὰρ μαθημάτων κυριώτατα τοῦ τὸν μανθάνοντα βελτίω γίγνεσθαι τὰ περὶ τοὺς νόμους κείμενα, ἃ εἴπερ ὀρθῶς εἴη τεθέντα, γίγνοιτ' ἄν. Ex cluserunt ἃ T. St. H.; cum quo apte conferas, quod pag. 782 D legitur in codd. καὶ σφόδρα λεγόμενα ἅ τ' εἴρηκας καὶ πιστεύεσθαι πιθανά corriguntque λεγόμενά τ', in quo τε respondet insequenti καὶ πιστεύεσθαι πιθανά (T. H. B.). Nec 831E aliter habent αὕτη μὲν τοίνυν, ἣν λέγω, μία κείσθω διακωλύουσα αἰτία τοῦ μήτε ἄλλο καλὸν μήτε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἱκανῶς ἐῶσα ἀσκεῖν, in quibus quomodo ἐῶσα natum esset, Hermannus bene perspexit. Neque enim Winkelmann et Stallbaum, si ad ea provocant, de quibus Poppo Prolegg. ad Thucyd. p. 150. agit (cf. Stallb. ad Phileb. p. 58 C), hunc locum bene defendunt. Nam Thucydidea illa et, quae apud Platonem ceteroquin similia inveniuntur, multo

faciliorem explicationem habent. Thucydides enim sidicit V. 7. *οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι ἀναλαβὼν ἦγε*, duas constructiones commiscet has: *διὰ τὸ καθῆσθαι* et (*ὡς, ἅτε*) *καθημένους* et pariter in ceteris exemplis. At hoc ex legibus loco, de quo nunc agimus, prudenter mehercle Stallbaum paullo diversam atque in ceteris viam ingressus explicat: „poterat dici *τοῦ μήτε — ἀσκεῖν* omisso *ἑῶσα*, poterat item *μήτε ἑῶσα ἀσκεῖν* omisso articulo.“ At ex ceterorum similitudine exemplorum, quae ad Phileb. 58 C tractat, alteram constructionem hanc statuere debebat: *τοῦ μήτε ἄλλο καλὸν μήτε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἱκανῶς ἐᾶν ἀσκεῖν*; in qua nemo, opinor, verba *μήτε καλὸν μήτε κτλ. ἐᾶν ἀσκεῖν* non interpretatus esset: ratio interdicendi, ne quis — exerceat; altera autem constructio, participium dico, si illam turbasset, aliquid novi sententiae allaturam esse exspectares. Nunc vero ut jam monuit Herm. *ἑῶσα* post *διακωλύουσα* plane est supervacaneum atque inutile *).

Porro 886A omnes critici in verbis *πρῶτον μὲν γῆ καὶ ἥλιος ἄστρα τε καὶ τὰ ξύμπαντα*, illud *καὶ*, quod codd. post *ἄστρα* tenent, suo jure, ut videtur, deleverunt uno Stallbaumio dissentiente. Is enim miram sane explicationem ac defensionem simplici medelae praefert; *τὰ ξύμπαντα* scilicet non cum *ἄστρα* conjungi vult, sed referri jubet „ad totam rerum universitatem.“ At universitatem rerum quis tandem mediam inter *ἄστρα* et *τὰ τῶν ὡρῶν* a Platone positam esse credat? quae enumeratio esset singularis. Immo, sicut infra p. 899B legitur *ἄστρων δὲ δὴ πέρι πάντων καὶ σελήνης ἐνιαυτῶν τε καὶ μηνῶν καὶ πασῶν ὡρῶν πέρι*, sic etiam hoc loco conjungendum est *ἄστρα τε τὰ ξύμπαντα*; causa autem corruptelae in aperto est, modo locum celeriter oculis percurras: *πρῶτον μὲν γῆ καὶ ἥλιος*

---

*) **Comprobat etiam Baiter Herm. sententiam.**

ἄστρα τε τὰ ξύμπαντα καὶ τὰ τῶν ὡρῶν διακεκοσμημένα καλῶς οὕτως ἐνιαυτοῖς τε καὶ μησὶ διειλημμένα· καὶ ὅτι πάντες Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι νομίζουσιν εἶναι θεούς. Satis enim perspicuum est, ubi toties eadem particula oculis se praebuit, quomodo scribentis manus alieno quoque loco, quo non debuit, collocare potuerit. Nec dispar est ratio molesti illius καὶ, quod pag. 655D ante μιμήμασι intrusum erat; atque Orellio auctore a Turicensibus et Hermanno dudum expunctum est. Nec inepte cum his erroribus componas, quod pag. 908D in enuntiato: ὁ δὲ δὴ δοξάζων μὲν καθάπερ ἅτερος, εὐφυὴς δὲ ἐπικαλούμενος δόλου καὶ ἐνέδρας πλήρης in codd. post δόλου quoque legitur particula δὲ, quam Herm. cum Turicensibus extrusit, Stallb. contra in τε mutavit (vide supra p. 28. ubi ejus mutationis exemplum attuli).

Quod autem Hermannus p. 802C post ἀκούων expungi jubet δὲ, ut intolerabilis anacoluthia tollatur, nescio an probabilius in δὴ mutemus (ut in mg. Voss. exstat scriptum), quum praesertim aliter origo particulae δὲ divinari non possit (cf. supra p. 15. 18. 23).

Sed jam ad graviora ejus generis menda accedamus.

pag. 733D ἐν ᾧ δ' αὖ βίῳ ἰσορροπεῖ καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν δεῖ διανοεῖσθαι τὸν ἰσόρροπον βίον ὡς τῶν μὲν ὑπερβαλλόντων τῷ φίλῳ ἡμῖν βουλόμεθα, τῶν δ' αὖ τοῖς ἐχθροῖς οὐ βουλόμεθα, πάντας δὲ δεῖ διανοεῖσθαι τοὺς βίους ἡμῶν ὡς ἐν τούτοις ἐνδεδέμενοι πεφύκασι καὶ δεῖ διανοεῖσθαι, ποίους φύσει βουλόμεθα. Neque profecto mirum, quod intolerabilis ejusdem vocis δεῖ διανοεῖσθαι iteratio nonnullis editorum (H. St.) offensionem dabat. An ter Platonem credamus eodem δεῖ διανοεῖσθαι paucis interjectis vocabulis usum esse, ubi ne minima quidem causa apparet, cur per anaphoram tanta iis vis tribuatur; tertio igitur loco utique cum Hermanno et Stallb. eam excludendam esse censeo. Videlicet verba δεῖ διανοεῖσθαι, quum aliquando omissa et deinde in margine

adscripta essent, facile plures in locos illius ėnuntiati inferri poterant, quod eodem fere modo accidisse videtur pag. 765B, ubi bis legitur *ὁ λαχών*. Atque altero loco nonnulli editores circumscripserunt (A. St.). Nec minore jure 782E *δεῖν* ejecerunt eadem origine ortum (St.: „aut molestissime est iteratum aut ex *ἀεὶ* errore natum. Alterum etiam Astio fuit non veridissimile"). Porro repetitionis perversae exemplum habemus pag. 859 D *πάντες πως ξυνομολογοῦμεν πάντα εἶναι ταῦτα καλά, ὥστε οὐδ' εἴ τις διισχυρίζοιτο ε ἶ ν α ι.* Nam quod ab *διισχυρίζοιτο* dependet *εἶναι,* paullo post suo loco sequitur. Atque recentiores omnes cancellis incluserunt (St. H. T.) *).

Neque dubium est, quin pag. 738C *πείσαντες* illud eadem repetitione, quam tam saepe deprehendimus scriptoris verba deformantem, post *ἔπεισαν παλαιοὶ λόγοι, ὅπηδή τινας* illatum sit. Neque enim haec magis Platone digna est tam languida et inutilis iteratio, quam quod supra legimus *διανοεῖσθαι* ter repetitum, quamquam non sum ignarus, Platonem maxime in his libris id adamasse, ut participium cum verbo finito ejusdem vocabuli consociaret. Sed, ut par est, nunquam non justam hujus locutionis causam habet, eam videlicet, ut vim verbi finiti magis extollat et augeat cf. 739D 843B. 847E. 803B. 858A. 861E. 909A. 923C. 967A. 968C. 660A. 696E. 697E. 791C. Cf. Theaet. 183E. 188E et Heindorf ad Soph. 242A.

Profecto autem injuria et, ut videtur, inconsultius Stallb. in suspitionem vocavit, quae 807C leguntur: *τοῦ γὰρ πᾶσαν τῶν ἄλλων πάντων ἔργων βίου ἀσχολίαν παρασκευάζοντος.* Ibi enim substantivum principale totius constructionis *βίου* seclusit. Cui opinioni si adstipularemur, ne intelligi quidem ab ullo homine hanc

*) Minus consentiunt p. 959B; ubi Stallb. altero loco *εἶναι* defendit.

periodum exstimo jam, ut nunc legitur, satis contortam. Sed majorem etiam admirationem argumentatio viri docti injicit. Offendit enim in collocatione verborum, quod hoc ordine sese excipiant: *τοῦ βίου ἀσχολίαν παρασκευάζοντος*, Platonem *τοῦ ἀσχολίαν παρασκευάζοντος βίου* dicere debuisse ratus. At est altera non modo non insolita aut perversa, verum etiam Platoni usitatissima. Atque incommode et satis mire Stallbaumio accidit, quod exiguo intervallo post eadem, quam modo damnaverat, collocatio rediit: *ὁ περὶ τὴν τοῦ σώματος πάντως καὶ ψυχῆς εἰς ἀρετῆς ἐπιμέλειαν βίος εἰρημένος ὀρθότατα*; ubi si Stallb. angustias ita effugere studet, ut dicat aliam rationem esse et tamquam extrinsecus accedere *εἰρημένος ὀρθότατα*, hanc defensionem non facile aliquis approbabit; quamquam eandem vel identidem profert ad Philebum p. 20B, ubi si medium aliquod genus inter participia praedicativa et attributiva interponere studet, nescio quid sibi velit. Nam quotquot exempla coacervat, pars non sunt alia quam vere praedicativa (ut illo ipso loco Phileb. 20B) pars ejus generis, quod *οἱ νῦν βροτοὶ ὄντες* (cum alii tum ipse Stallbaum) attributivum appellare solent.

Neque magis extrinsecus in legibus p. 807 C participium *εἰρημένος* accedit quam in his: *τὴν γενναίαν νῦν λεγομένην σταφυλὴν ἢ τὰ γενναῖα σῦκα ἐπονομαζόμενα* (844 E) *die jetzt so genannten edlen Trauben oder Feigen*, quod exemplum aperte demonstrat attributivum participium, si objectum, vel adverbium, vel similia secum habeat, pari jure substantivum suum aut antegredi aut sequi cf. legg. 869A. Est enim, ut dixi, illa trajectio substantivi apud Platonem fere legitima, id quod verissime et plenissime docet Braun in capite octavo egregii libelli de hyperbato Platonico. „Participiorum „enim,“ dicit, „quum duplex sit natura, una adjectivi, „verbi altera eamque ob causam simul cum nomine

„quopiam ipsa rursus aut substantivum aut aliam „partem orationis regant, substantivo, quod parti„cipio adsciscitur, illi nomini proposito, unde „dependet participium, efficitur hyperbaton.“ Exemplis, quae Braun permulta affert in re tam frequenti vix opus est; in quovis Platonis libro non rara invenias. Causa vero hujus ordinis, qui vulgari regulae plane contrarius esse videtur, non jam obscura erit, si ad regulae ipsius rationem redierimus. Apparet enim adjectiva vel participia attributiva ideo inter articulum et substantivum poni, quia attributum cum substantivo tam arte cohaeret, ut fere in unam notionem cum illo coalescat, quae ipsa notio articulo effertur. Itaque verba eum in modum ordinari oportebat, ut articulus et ad attributum et ad substantivum referri posset. Quodsi attributum post substantivum collocassent, substantivum quidem ipsum per articulum, qui antecedebat, vi quadam extulissent; de attributo autem res dubia fuisset. Itaque graecis lex erat — nam de antiquissimis temporibus nunc non ago —, ut articulus aut repeteretur, aut vocabula attributive posita substantivum suum antecederent. Sed si attributum non unum erat vocabulum sed participium cum objecto vel similibus, jam fieri potuit, ut illa cum substantivo comprehensio etiam alio modo significaretur; eum dico, ut substantivum inter duo attributi membra medium interponeretur. Nam sic, quum articulus ad id, quod ab attributo pendebat, pertinere indicatum esset, dubitari non jam potuit, quin idem articulus etiam ad ipsum attributum esset referendus. Neque mirum est, quod graeci hunc ordinem adamabant. Nam quo breviore intervallo articulus et substantivum distinebantur, eo leviorem et mobiliorem constructionem habere sibi videbantur cf. Braun l. d. et *Naegelsbach lat. Stilistik* p. 467 sq. B*ίου* igitur illud tentare non licebit.

Ceterum rectam viam Turicenses non videntur ini-

isse, quod pag. 639A, ubi codices habent εἴτις — πᾶν θρέμμα ἄναρχον ἢ μετὰ τῶν κακῶν ἀρχόντων ἰδών, οὕτω μέμφοιτο, id quod difficile erat, τῶν illud, nullis ambagibus expunxerunt. Neque enim, unde intrasset, ipsi indicaverunt, nec potuerunt, si voluissent. Origo autem corruptelae priusquam demonstrata sit, ullum locum pro sanato haberi posse negaverim. Cautius igitur Hermannum egisse arbitror, quod lenem et commodam correctionem, qua ἢ μετά τινων κακῶν ἀρχόντων scripsit, audaciori medelae praeferebat.

Sed haec hactenus. Erant omnia, quae adhuc perlustravimus vitia ita comparata, ut speciem prae se ferrent errorum, qui invitis ipsis librariis vel parum diligentibus veris et genuinis subrepsissent: mala fortuna oriebantur. Erant syllabarum vocabulorumque duplicationes, erant verborum ex uno in alterum locum vel versum transgressiones, quae omnia archetypo jam detrimento fuisse vidimus. Atque hoc unum additamentorum est genus. Quod sequitur alterum in iis versatur additamentis, quae aut consulto interpolata et importata sunt, aut certe ex notulis interpretamentisque, partim inter versus partim in margine appositis, sive casu sive scribarum inscitia et imprudentia in ordinem verborum a scriptore constitutum introitum habuerunt. Atque interpolamenta a recentioribus, maxime Herm. et Tur., haec praecipue exstare judicantur: verba ὅσα τε μή pag. 967E. Leguntur enim in codd. haec: ὃς ἂν — συνθεασάμενος χρήσηται, — ὅσα τε λόγον ἔχει, τούτων δύνατος ᾖ δοῦναι τὸν λόγον, ὅσα τε μή. At apparet istam facultatem vix posse possideri. Est sane somniantis scribae additamentum. — δύναμιν 691C in enunciato ἐάν τις μείζονα διδῷ τοῖς ἐλάττοσι δύναμιν παριεὶς τὸ μέτριον πλοίοις τε ἱστία καὶ σώμασι τροφὴν καὶ ψυχαῖς ἀρχὰς ἀνατρέπεται που πάντα κτλ. Jam vides, quam inepte adjectivis illis de industria a scriptore neutro genere positis, ut iis, quae sequuntur,

communia esse possint, agglutinatum sit illud δύναμιν, quod non prorsus ad ea quadret (Stallb. primus removit). — δρᾶν 803A, quod merito Stallb. in suspitionem vocavit. Nam illo expulso demum concinnitas in hanc periodum redibit: ταὐτὸν δή μοι κἀγὼ φαίνομαι ἐμαυτῷ [δρᾶν] — πειρώμενος διαστήσασθαι — καταβάλλεσθαι. Quid enim? Si δρᾶν inserueris, qui infinitivum καταβάλλεσθαι recte adjungere poteris superioribus *)? Nec dispar est ποιοῦντα 643 C: καὶ δὴ καὶ τῶν μαθημάτων, ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι, προμανθάνειν, οἷον τέκτονα μετρεῖν ἢ σταθμᾶσθαι καὶ πολεμικὸν ἱππεύειν παίζοντα ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο ποιοῦντα καὶ πειρᾶσθαι διὰ τῶν παιδιῶν ἐκεῖσε τρέπειν κτλ. Quae si Plato, ut nunc in codd. leguntur, scripsisset, quid quaeso voluisse existimandus esset, haec apponens: ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο ποιοῦντα? Coordinata enim sunt παίζοντα et ποιοῦντα; sed quid hoc est, quod praeter lusum facere juberi possint? Legumlator enim dicit, cujuscunque aliquis rei peritus et probus artifex aliquando velit evadere, eam a pueris jam deberi exerceri et, quo tempore laboribus et studiis nondum par esset subeundis, per ludos pueriles saltem vires parandas et paullatim artibus esse aptandas. Itaque duas tantum videmus patere vias ejus, quam proponit, educationis, unam severi studii, alteram ludorum (παίζοντα τε καὶ σπουδάζοντα). Quodsi postea dixit παίζοντα voluitque alterum significare modum exercitationis, nihil superabat, nisi subjungere ἢ σπουδάζοντα vel similem vocem. Sed quid sibi vult ἤ τι τοιοῦτον ποιοῦντα, tamquam multa pariter iniri possent

*) Constructio in iis, quae sequuntur, haec est: ad participium πειρώμενος pertinent διαστήσασθαι τὰ τῶν βίων σχήματα κατὰ τρόπους τοὺς τῶν ψυχῶν, quibus, ut recte intellexit Stallb., per allusionem quandam respondent: ὄντως αὐτῶν τὰ τροπιδεῖα καταβάλλεσθαι; deinde autem lege pro σκοπεῖν — σκοπῶν cf. 954A et Boeckh. in Min. 114.

viae? At ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο manifestum est spectare ad ἱππεύειν. Nam militaris artis plures poterant afferri species, quas omnes pueri tamquam tirones παίζοντες exercere jubentur. Itaque si retinere velis illud verbum, infinitivus cum Boeckhio restituendus est. Atque Boeckhius (in Min. pag. 113 sq.) aliud ejus corruptionis testimonium affert 954A. Sed ibi terminatio infinitivi ειν facile poterat in nominativi (ων) participii depravari; accusativi autem non tam magna est similitudo. At vide modo. Nonne scribae invitabantur fere ad illam interpolationem, si quidem a Platone scriptum viderunt ἱππεύειν παίζοντα ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο? Itaque Hermanni et Turicensium judicio assentiendum est, quo hoc vocabulum cancellis circumdederunt. Quid? Idem verbum ποιεῖν temere insertum esse, Hermannus intellexit pag. 902A: καθάπερ οἱ φαυλότατοι τῶν ἀνθρώπων λέγονται ποιεῖν εἰδότες ἄλλα εἶναι βελτίω πράττειν, ὧν δὴ πράττουσι, διά τινας ἥττας ἡδονῶν ἢ λυπῶν οὐ ποιεῖν, ubi, nisi Platonem vocem ποιεῖν illustrasse per οὐ ποιεῖν statuere malueris, illud prius ποιεῖν scribae potius licentiae tribues, quam Platonis negligentiae. — τε pag. 751C: ὁρᾷς γὰρ ὅτε δεῖ — τοὺς μέλλοντας αἱρήσεσθαι τετράφθαι τε ἐν ἤθεσι νόμων κτλ. Hic τε, quod ante ἐν ἤθεσι legitur, si Platonicum esse statuas, explicationem prorsus nullam habet; facilem si a scriba, qui duos infinitivos ἀσυνδέτως sese excipientes non intelligeret, interpositum esse sumas. Atque recentiores omnes expulerunt. — ἢ denique pag. 954A ad γυμνὸς et χιτωνισκὸν ἔχων conjungenda illatum esse, jam Petitus viderat, atque omittunt recentiores. Cumulata enim, ut in solenni formula, sunt voces γυμνός — χιτωνισκὸν ἔχων — ἄζωστος. — Audacissima vero interpolamenta haec tria restant: 695 D allocutionem ad Darium illustrationis causa, ut videtur, librarius aliquis sive grammaticus in margine adscripserat, quam deinde scriba infelicissime in ordinem verborum intexuit. Nam in codd. haec ex-

stant: μετὰ δὲ Δαρεῖον ὁ τῇ βασιλικῇ καὶ τρυφώσῃ πάλιν παιδευθεὶς παιδείᾳ Ξέρξης. ὦ Δαρεῖε, εἰπεῖν ἐστὶ δικαιότατον ἴσως, ὃς τὸ Κύρου κακὸν οὐκ ἔμαθες, ἐθρέψω δὲ Ξέρξην ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσιν, ἐν οἷσπερ Κῦρος Καμβύσην. ὁ δὲ ἅτε τῶν αὐτῶν παιδειῶν γενόμενος ἔκγονος, παραπλήσια ἀπετέλεσε τοῖς Καμβύσου παθήμασι. — Quis est, quin videat, quam absurdus hic sermo sit, quam indignus Platone, quam inepte impositus, ut omnem turbet orationis ordinem et cohaerentiam. Quid multa post ea, quae disputaverunt Turicenses et Hermannus? Omitte, quae illi omitti jusserunt, quanto lenius et placidius fluet oratio? Sed ut plane in integrum restituatur, paullo longius procedere opus est. Neque enim tantum interpolamentum ipsum exsecandum est, sed etiam ea, quibus aut interpolator aut scribae genuinae scriptoris orationi tamquam fibulis internectere conabantur. Itaque etiam ὁ δὲ cancellis illis comprehendo, ut tandem aliquando periodi membra misere lacerata coalescere possint. Nam interpunctione post Ξέρξην sublata una periodus haec existit: Μετὰ δὲ Δαρεῖον ὁ τῇ βασιλικῇ καὶ τρυφώσῃ πάλιν παιδευθεὶς Ξέρξης, ἅτε τῶν αὐτῶν παιδειῶν γενόμενος ἔκγονος, παραπλήσια ἀπετέλεσε τοῖς Καμβύσου παθήμασι.

Eidem vel aequali sapientiae aliud debetur ornamentum, quod Hermannus summo jure Platonis verbis abstersit, languidissimum dico Hesiodi vocis interpretamentum, quo 690E Platonis verba ἆρ' οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον hunc in modum explicantur: ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμέτρου πλέον ἡγήσατο ἄμεινον ὂν χείρονος, quae jam asyndeton quam maxime reddit suspecta (cf. 745C et 695D).

Alio indicio interpolata esse arguuntur verba καὶ τὸ τρίτον ἐκ δημοκρατίας 710E; sunt enim alieno loco

posita; quodsi ipsa genuina et sana essent, saltem reponenda essent ante ἢ πῶς λέγεις. Nunc autem, quum jam pateat, in margine quondam illa fuisse adscripta, atque, ut recte monuit Hermannus, Atheniensis in responsione nihil agat, nisi ut quaestionem Cliniae de oligarchia corrigat, haec verba cum Hermanno et Turicensibus Platoni abjudicanda sunt. Est supplementum quidem, sed plane otiosum et inutile, quod qui adjecit, nescio an respexerit ad pag. 714A εἰ δ' ἄνθρωπος εἷς ἢ ὀλιγαρχία τις ἢ καὶ δημοκρατία κτλ.

Ab eo autem genere, quod modo consideravimus, diversum est aliud, quod non interpolandi sed commentandi studio inserviebat. Sunt enim plerumque breviora quidem, nec tamen minus aperta additamenta, quorum pars grammatici hominis ingenium redolet Platonem illustrantis et interpretantis, pars hominis critici esse videntur, qui varias lectiones in margine libri adnotavit. Nec divinabantur profecto boni illi homines, commentarios suos mox a librariis inter verba scriptoris receptum iri per saecula duratura, ut posterioribus interpretibus multas aliquando curas molestiasque pararent.

Explicationes autem hae jam ab hominibus criticis investigatae sunt: Primum ἐνθεαστικόν illud pag. 682A, quod verbis θεῶν γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ὂν γένος aliena manu insertum esse, post ea quae Boeckh. Min. 163 sqq. docte disputavit, non jam nova argumentatione eget. Accutissime enim vir nobilissimus hoc vocabulum interpretationis causa ad θεῖον additum esse demonstravit, quippe quod novis quidem Platonicis tritissimum esset, Platoni autem ignotum. Atque si Schneiderum excipias, omnes, quod sciam, editores Boeckhium secuti sunt. Quod autem Proclus, quum quater verba Platonis afferat, semel tantum ἐνθεαστικὸν (in polit. p. 401.) una cum ceteris verbis attulit, ter plane neglexit, speciose ille quidem ab ipso Proclo

glossam introductam esse conjecit. Sed ne ipse quidem multum huic conjecturae tribuit, nec omnino, quicunque Procli morem et socordiam in locorum Platonicorum commemoratione noverunt, inde de origine additamenti quidquam concludent. — Deinde, quod legitur p. 841 B τὸ δὴ λανθάνειν τούτων δρῶντά τι καλὸν παρ' αὐτοῖς ἔστω νόμιμον ἔθει καὶ ἀγράφῳ νομισθὲν νόμῳ, in his νόμιμον istud ad sententiam loci prorsus inutile nihil esse liquet nisi glossema ad νομισθέν. Nam praedicatum enuntiationis est καλὸν, neque, quo spectet νόμιμον, dixeris. At enim satis in propatulo, quid glossatorem permoverit, ut illud adjiceret. Alio enim loco (793 A) id genus officiorum civium Plato non ἀγράφῳ νομισθὲν νόμῳ sed, ut vulgo dicebant, ἄγραφον νόμιμον nuncupaverat (τὰ καλούμενα ὑπὸ τῶν πολλῶν ἄγραφα νόμιμα). — Nuper Sauppius quoque (Philol. XVIII. 540) tali macula Platonem liberavit. Quum enim adhuc pag. 865 B apud omnes editores haec de medicis lex nulla offensione legeretur: ἰατρῶν δὲ περὶ πάντων, ἂν ὁ θεραπευόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀκόντων τελευτᾷ, καθαρὸς ἔστω κατὰ νόμον, primus intellexit illud ἀκόντων neutiquam a Platone scriptum esse posse. Neque vero, si grammaticae rationem habemus, tolerandum est: nam conjungi debet cum ὑπ' αὐτῶν. Hoc autem a participio θεραπευόμενος pendet. Neque propter sensum: Nam ecquae ista medicis erat tutela, si coram judicibus semper fuisset persuadendum, ipsis invitis aegrotum aliquem mortem obiisse. At continet quidem illud ἀκόντων justam causam et rationem legis, quae erat et Platonica et attica. Nam invitis medicis quum mori soleant homines, legibus, quae de caede sunt, illi obnoxii esse non debent. Sed hoc argumentum, quamvis sit verum, a librario quidem, nec tamen a Platone inseri potuisse concessum erit.

Aliud perversum interpretamentum aut supplementum, quod Boeckhius (in Min. p. 127) indagavit, p. 653 D

habetur. Sunt verba *τοῖς θεοῖς*. Accepit enim, qui haec adjecit, *ἀμοιβαὶ* pro remunerationibus, id quod contra loci sententiam esse Boeckhius luculenter demonstravit. Atque omisit Clemens Alex. Strom. III. p. 186, 36.

Praeterea Stallbaumius manifestum nuper exemplum addidit. Pag. 764D enim haec legebantur: *ἀγωνιστικῆς μὲν οὖν ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων τοὺς αὐτοὺς, μουσικῆς δὲ ἑτέρους μὲν τοὺς περὶ μονῳδίαν τε καὶ μιμητικὴν οἷον ῥαψῳδῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἀθλοθέτας ἑτέρους πρέπον ἂν εἴη γίγνεσθαι, τῶν δὲ περὶ χορῳδίαν ἄλλους*. Nam hoc quidem loco Stallb. Platonem tam negligenter scribere negans id, quod verum erat, assumpsit: *ἑτέρους* glossema fuisse ad id, quod sequitur, *ἄλλους;* nempe melius sibi respondere grammaticus quidam existimavit *ἑτέρους ἑτέρους* quam *ἑτέρους ἄλλους*.

Recte denique Badham (praef. ad Phaedr. pag. XI.) p. 683E *ἣ νῦν δὴ μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα,* illa *ὀλίγον ἔμπροσθεν* comparato Photii onom. I. 305. glossema ad *νῦν δὴ* esse perspexit. Sic enim illud *νῦν δὴ* a veteribus lexicographis solebat explicari. Nec vero Stallbaumio facile aliquis credat, per *ὀλίγον ἔμπροσθεν* vim notionis *νῦν δὴ* magis extolli. Quid enim, si nos diceremus *eben jetzt vor kurzem?* nonne maxime debilitaretur sententia? Explicatur unum per alterum neque vero augetur aut extollitur. Memorabilis autem est usus particulae *νῦν*. Nam altero loco, in formula *νῦν δὴ*, habet imperfectum, altero perfectum (praesentis fere vi praeditum). Atque cum imperfectis et aoristis *νῦν δὴ* saepe apud Platonem conjungitur, velut resp. 414 B 600 A conv. 198 A, polit. 303 C. 309 D et saepius cf. Ruhnken ad Tim. s. v.; itemque cum futuro, vide Heind. ad Soph. 221C. Quodsi apud Photium s. v. *νῦν δὴ* alius ex Legibus locus

(629D), praemissis τὸ μὲν νῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος, τὸ δὲ δὴ ἐπὶ συνδεσμοῦ, hunc in modum exscribitur: ὅς δὴ πάντων τῶν πολέμων χαλεπώτατος, ὥς φαμεν ἡμεῖς νῦν δή, placet editorum consensus, quo illa lectione rejecta Platonis codices, qui habent ὡς ἔφαμεν ἡμεῖς νῦν δή, sequi malebant. Nam respicitur ad ea, quae Atheniensis paullo ante ipse dixerat: πρὸς τὸν πόλεμον —, ἣ δὴ καλεῖται στάσις, ὃν μάλιστα μὲν ἅπας ἂν βούλοιτο μήτε γενέσθαι ποτὲ ἐν ἑαυτοῦ πόλει γενόμενόν τε ὡς τάχιστα ἀπαλλάττεσθαι (628B).

Restant multa; nec desunt, quae, quin sint subditicia et falsa nemo dubitat, quomodo et qua ratione sint illata, nemo indicat. Ejus generis est illud δειλία (p. 649D), quod fere omnes interpretes damnant. Equidem, si conjecturae venia est, a sciolo, nescio quo, homine adjectum esse dixerim, qui saepe Platonem vitiis, qualia hic enumerantur, meminerat adjungere δειλίαν cf. 957E ἐξ ἀμαθίας καὶ ἀκολασίας καὶ δειλίας καὶ ξυλλήβδην πάσης ἀδικίας et 733E. — Quod autem p. 944D ante ἀμελείτω negatio μὴ intrusa est, quam omnes jure respuunt, explicationem habebit, si illud μὴ a grammatico aliquo ad οὐ particulam adscriptum fuisse (μὴ / οὐ τὸν δυστυχῆ) statuerimus. Maluit iste, ut videtur, post χρὴ particulam μὴ collocari.

Denique variae lectiones, quae in margine adscriptae erant, per scribarum incuriam multa inutilia adeoque noxia scriptoris verbis intulerunt. Hoc genus eo maxime a proxime tractato disjungitur et discernitur, quod, quae eo continentur, propius absunt a genuinis Platonis verbis et specie quidem magis ad similitudinem eorum accedunt, quae supra ex iteratione nata esse enarravi. Nec tamen in hoc genere invitis librariis iterantur vocabula, sed consulto et de industria duplicationes sive διττογραφίαι fieri solent. Varias enim lectiones aut in margine aut inter versus adnotatas tamquam vera et genuina scriptoris verba in

ordinem receperunt, ut, nimirum, toto suo munere funditus ubique fungerentur. Specimen autem hujus moris esto locus qui pag. 774D in codice A (nam de ceteris nihil certi refertur) sic legitur: ὁ δὲ μνᾶς, ὁ δὲ τριῶν ἡμιμναίων, ὁ δὲ δυεῖν μναῖν ὁ τὸ μέγιστον τίμημα κεκτημένος ὀφλήσει ὀφειλέτω μὲν τῷ δημοσίῳ κτλ. Apparet, alterumutrum ex commentariis fluxisse. Atque editores quidem receperunt ὀφειλέτω, quod propter imperativum ἔστω, qui sequitur, aptius esse videbatur. — Sunt autem, de quibus jam satis constat, imprimis haec pag. 818 B τῶν τε ἀναγκῶν εἰσιν. In omnibus, quod sciam, editionibus τε aut omittitur aut circumscribitur. Atque est plane supervacaneum nec, quo pertineat, intelligitur, quia nihil est nisi varia lectio aut iis, quae antecedunt, ὅσοι θεῖαι γε οἶμαι aut iis, quae sequuntur, ἐπεὶ τῶν γε ἀνθρωπίνων adscripta. — Quid? poteratne apertius ejus labis vestigium relinqui, quam quod est pag. 865A, ubi sic incipit nova pars disputationis: φόνον δὴ καθάπερ ἠρξάμεθα πειρώμεθα διὰ τέλους παντὸς εἴδους πέρι φόνου θεῖναι τοὺς νόμους. Nam in codicibus, quantum video, omnibus primum vocabulum non est φόνον sed φθόνον. Haec igitur lectio, quum in archetypo haberetur, in margine aliquis veram φόνου adscripserat, quae deinde a scriba temere verbis insequentibus media interposita est. Quae si ita sunt, Stallbaumii sententiae non multi suffragabuntur, qui posterius illud φόνου, ab Hermanno extrusum, denuo introduxit. Aequo jure Hermannus 945D in verbis ἐν δίκῃ ἀμέμπτῳ τε καὶ ἀμέμπτως cum Baitero dativum ἀμέμπτῳ ejecit, qui tantum abest, ut vocis ἐν δίκῃ vim augeat, ut prorsus debilitet. Erat varia lectio ad ἀμέμπτως adscripta. — Pag. 878 C perperam in archetypo exstabat τοῦτον δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ζημιῶν ἐκτίνειν καὶ τῇ βλάβῃ τὴν βλάβην. Quod verum est, jam in margine cod. Ω aliquis adscripsit: τῇ πόλει, idque jam diu in omnes editiones transiit.

Corruptela autem, ni egregie fallor, e varia lectione orta est, quae quum accusativo *τὴν βλάβην* superscripta fuisset (cf. supra pag. 47), in ordinem recepta, quod antecessit, *τῇ πόλει* expulerat; — p. 897E haec in libris leguntur: *μεμνήμεθα τοίνυν γε τοσοῦτον τῶν τότε ἔτι τοῦτό γε ὅτι τῶν πάντων τὰ μὲν κινεῖσθαι, τὰ δὲ μένειν ἔθεμεν*, in quibus *τοσοῦτον γε* varia lectio erat in marg. adscripta pro *τοῦτο γε* *). Utra autem lectio praeferenda sit, dicere non ausim. — Porro ex hoc varias lectiones adscribendi more, ni egregie fallor, lucem et securitatem locus difficilis adipiscetur, qui multifariam ab hominibus criticis vexatus est. Quamquam Stallb. post longiorem disputationem sibi quidem persuasit, eum integrum et persanum esse, sed dubito an aliis. Legitur enim in codd. (871 E): *ὁ δὲ* (reus aliquis) *παρεχέτω τοὺς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως, οὓς ἂν ἡ τῶν περὶ ταῦτα δικαστῶν ἀρχὴ κρίνῃ τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως παρέξειν ἐγγυωμένους εἰς δίκην.* Stallb. omnia sanasse sibi videtur, commate ante *ἀξιόχρεως* translato. Sed quae ista est verborum collocatio *ἀξιόχρεως οὓς ἄν*? Quis jam ferat illud *τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως*, exiguo spatio post in enuntiato principali repetitum, cujus molestissimae iterationis ne minima quidem potest proferri excusatio. Atque Hermannus merito bis nullo pacto *τοὺς ἐγγυητὰς* ferri posse arbitratus prius illud circumscripsit. Sed vereor, ut sic omnia jam bene habeant. Varia enim lectio in ordinem recepta si alterumutrum est, ubi primitus locum habuisse illam vocem statuas? Ibi, opinor, unde sustulit Hermannus. Nam vocabulorum ordo, quem vir doctus instituit, non modo simplici orationi repugnat, qua objectum statim post verbum finitum *παρεχέτω* locum ha-

---

*) Rem ita habere, libentius credet, qui comparaverit, quae apud Euseb. praep. 624 sqq. inveniuntur. Is enim locum sic exhibet: *μεμνήμεθα τοίνυν τοῦτό γε τοσοῦτόν τῶν τότε.*

bet, sed etiam ea difficultate laborat, quod, postquam priore loco relativum οὓς ἂν indefinitum numerum significare visum est, non erit, qui certum numerum (τρεῖς) paullo post illatum iri exspectet. Si autem τρεῖς illud relativum antecedit, nemo jam, quod in eo indefiniti inest, ad numerum referet. In codice igitur illo, ex quo archetypon descriptum est, haec extitisse judicamus: ὁ δὲ παρεχέτω τοὺς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως, οὓς ἂν ἡ τῶν περὶ ταῦτα δικαστῶν ἀρχὴ κρίνῃ παρέξειν ἐγγυωμένους εἰς δίκην. In margine autem adscripta erat varia lectio τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως. At dicet aliquis, quid hoc est? Platonemne numerum non indicasse, quot vellet esse vades? Audio et assentio. Plato enim sicut tam multas leges ita etiam hunc trium vadum numerum ex jure attico recepit (qua de cum aliarum tum atticarum legum imitatione agit C. F. Hermannus: De vestigiis veterum institutorum in Legibus Platonis investigandis). Hic autem varia lectio in margine adscripta altera praestabilior et antiquior erat. Platonem igitur haec arbitror scripsisse: ὁ δὲ παρεχέτω τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως, οὓς ἂν ἡ τῶν περὶ ταῦτα δικαστῶν ἀρχὴ κρίνῃ, παρέξειν ἐγγυωμένους εἰς δίκην (κρίνειν non est secernere, eligere ut 753D ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα, οἷς ἂν πλεῖσται γένωνται ψῆφοι κρίναντες ἀποφηνάντων ἄρχοντας, sed, ut plerumque, vim judicandi habet. Nam ad κρίνῃ suppleas ἀξιόχρεως cf. 658D et E). — Sane notabile hoc exemplum est, unde illas lectiones non omnes viles fuisse apparet, sed aliquot certe probas et veras.

Sunt alii quidam loci, quibus eandem corruptelae explicationem adhibendam esse vix proponerem, nisi fuduciam praestaret, quod viri criticae artis peritissimi jam illa via praeierunt. Hermanno enim et Turicensibus in verbis, quae leguntur 839C ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο προβέβηκε νῦν, ὥστ' οὐδ' ἂν ποτε γενέσθαι δοκεῖ, καθάπερ τὸ τῶν ξυσσιτίων ἐπιτήδευμα ἀπιστεῖται μὴ δύνα-

τον εἶναι δύνασθαι διὰ βίον πόλιν ὅλην ζῆν πράττουσαν τοῦτο illud δύνατον εἶναι δύνασθαι intolerabile videbatur. Nec injuria opinor. Nam haec certe perissologia durior est, quam quae Platonem deceat, neque, quantum video, ullam habet excusationem; quae non deest illis exemplis, quae Astius (p. 82) diligentissime contulit. Alterumutrum igitur aut δύνασθαι aut δύνατον εἶναι in marginem relegandum est. Nec injuria Hermannum arbitror articulum τῶν, qui pag. 765C ante προχειροτονηθέντων legitur, ut maculam orationi Platonis abstersit. Necdum enim noti aut designati sunt illi viginti viri sed cum maxime introducuntur et primum nominantur. At inerant hae literae in codice, nec tamen articuli, sed terminationis genitivi των, quae aliquando vocabulo λαχόντες superscripta erat, postea articuli nomine in ordinem descendebat. Verum haec varia lectio falsa erat et errore, ut videtur, ex insequenti genitivo λαχόντων nata.

Pauci denique restant loci, de quibus quum ab uno alterove interprete simile suffragium latum sit, mihi tamen aliter videtur judicandum. Pag. 646D Hermannus verbis ὡσαύτως διανοητέον cancellos adhibuit, Stallbaumius lectionem codd. tueri studet, quae est: καὶ τῆς περὶ τὸν οἶνον ἄρα διατριβῆς ὡσαύτως διανοητέον, εἴπερ ἔνι τοῦτο ἐν τούτοις ὀρθῶς διανοηθῆναι. Sed utique Boeckhius, vir summus, quum περὶ post διατριβῆς inseri jubebat (in Min. p. 119), quomodo succurrendum esset, perspexit. Stallb. enim quod cum genitivo διανοεῖσθαι construi non posse concedens genitivum fortasse absolute huic verbo adjungi posse dicit, argutior haec distinctio est quam verior. Nam, quamvis saepe ejusmodi licét genitivi „absoluti" inveniantur, ab hoc loco, cujus constructio est simplicissima, sunt alieni. Sed paullisper in his genitivis, quos Stallb. dicit, moremur. Proficiscor a certo et dilucido exemplo, quod Stallb. ex Platonis republica pag. 470A af-

fert: τί δαί; γῆς τε τμήσεως τῆς Ἑλληνικῆς καὶ οἰκιῶν ἐμπρήσεως ποῖόν τί σοι δράσουσιν οἱ στρατιῶται πρὸς τοὺς πολεμίους; quocum praeter Platonica, quae Stallb. ad h. l. et 745D adscribit, conferri possunt, Matthiae 342 et Bernhardy *wissenschaftliche Syntax* p. 141 et Krüger §. 47, 10, 8. Sed sive pro περὶ eum usurpari sive absolute poni dicimus, sive cum Stallb. „habita ratione" vertimus, his omnibus, inquam, artificiis non multum lucramur. Immo circumspiciendum est, si quidem illum usum explicare propositum est, ad quodnam genitivorum genus proxime accedat. Est genus satis notum, quod quum vulgo dicant partitivum genitivum, nescio an rectius agant, qui universalem (*Genitiv des Ganzen*) nominant. Non enim partem aliquam significat, sed universam et totam rem eam, ex qua pars aliqua excipitur. Quae vis in tritis illis ἀνὴρ τοῦ δήμου, εἷς τοῦ πλήθους, ἀναλίσκειν τῶν αὐτοῦ et sexcentis aliis exemplis vulgo illustratur. Eadem autem in hoc usu est, de quo nunc agimus; ubi is, qui loquitur, in universum dumtaxat rem et argumentum indicat, priusquam, sicut in quotidiano sermone fieri solet, quid ex illius rei universitate extollendum sit, sibi ipsi sit conscius. Atque hanc quidem habet similitudinem cum genitivo absoluto, qui vulgo dicitur, quod uterque ex hac primaria genitivi casus natura, quam diximus, explicandus est (de genitivi absoluti origine cf. Classen *Frankfurt. Programm* 1857). At apparet huic ex Legibus loco illum genitivum non idoneum esse. Quamquam in verbo διανοεῖσθαι nihil obstat, quo minus idem adsit casus, qui apud ὑπονοεῖν et διασκοπεῖν (Thuc. I. 52 et 68) invenitur. Atque invenitur in talibus, qualia supra descripsimus. Hic autem constructio aliter habet. Nihil adest notionis vel quaestionis, ex qua pars sit exhibenda, nihil enuntiati, quo unum vel singula argumenta ex tota re praeposita desumpta tractentur; sed jam ab initio constat, quid de ea re, quae dein

tractatur, dicendum sit. Nam antecedunt haec: *οὐκοῦν χρὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων πέρι διανοεῖσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον;* quae deinde, interjecta Cliniae responsione *πάνυ γε* illis continuantur, de quibus nobis negotium est. Itaque praesertim si exemplorum, quae Boeckhius contulit, multitudinem percurras, nihil veri dissimilius videbitur, quam scriptorem huic loco insolentem illam constructionem adhibuisse, nihil verisimilius quam *πέρι* excidisse. Hermanno autem eo minus assentior, quod aegre hic, ubi ad summam quaestionis perventum est, verbo finito caremus. Quod vero offendere videtur vir illustris in duplici praepositionis *περὶ* introductione, ejus rei exempla non desunt; legitur 850 A *τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ μετοίκων ἔστω τῆς ἀναγραφῆς πέρι τῆς οὐσίας.* 869 E *τὰ δὲ περὶ τὰ ἑκόυσια καὶ κατ᾽ ἀδικίαν πᾶσαν γιγνόμενα τούτων πέρι καὶ ἐπιβουλῆς — λεκτέον* etc. cf. 871C. 884A. 721A. 798D. Per omnia autem haec exempla id videmus observatum esse, ut semel praepositio verbo suo postponatur, nimirum ne eodem accentu eadem vocula paullo post iterum audiatur.

Sed redeamus ad interpolationes. Haec igitur omnia additamenta ab editoribus jam erant investigata, quae, ut propositum erat, in classes disjunxi disjunctaque, quam originem haberent, explicavi.

Superest, ut addam, quae mihi ipsi eandem suspitionem moverint ab aliis nondum in dubitationem vocata. Incipiam ab illo genere, quod supra primum posui, ab iis dico additamentis, quae casu quodam vel errore e ceteris scriptoris verbis nata, haud raro emergunt. Atque exemplis illis, quibus particulam *καὶ* saepe errore repetitam esse supra probavi, unum nunc addam: Pag. 656C exstat haec periodus: *ὅπου δὴ νόμοι καλῶς εἰσὶ κείμενοι ἢ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσονται, τὴν περὶ τὰς Μούσας παιδείαν τε καὶ παιδιὰν οἰόμεθα ἐξέσεσθαι τοῖς ποιητικοῖς, ὅ τι περ ἂν αὐτὸν τὸν*

ποιητὴν ἐν τῇ ποιήσει τέρπῃ ῥυθμοῦ ἢ μέλους ἢ ῥήματος ἐχόμενον τοῦτο διδάσκοντα καὶ τοὺς τῶν εὐνόμων παῖδας καὶ νέους ἐν τοῖς χοροῖς ὅ τι ἂν τύχῃ ἀπεργάζεσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ μοχθηρίαν; In his, nisi quis statuat ἐξέσεσθαι subjectum habere τὴν περὶ τὰς Μούσας παιδείαν τε καὶ παιδιάν, quod ne graecum quidem foret, non video, quomodo commode possit illa periodus construi, nisi καὶ illud, quod post διδάσκοντα habetur, eliminaverimus. Nam Stallb. quidem Astii sententia, qua καὶ per hyperbaton postpositum esse dicit, jure improbata (cf. Haupt. observat. crit. pag. 55 sqq.), tamen, quod ipse profert, particulam ad τοὺς τῶν εὐνόμων παῖδας pertinere, hoc obscurius dicit. Nam τοὺς παῖδας, quum ἐν τοῖς χοροῖς ad alia pertinere vix possit, nisi ad διδάσκοντα τοὺς τῶν εὐνόμων παῖδας, objectum esse verbi διδάσκειν apparet, neque a verbo ἀπεργάζεσθαι pendere. Quae si ita sunt, jam non conjungere licet καὶ τοὺς — παῖδας ἀπεργάζεσθαι, nec vel ingenuorum (legibus educatorum) filios comparare vertas, quod et aliam potius verborum collocationem postularet (καὶ τῶν εὐνόμων τοὺς παῖδας) et per se satis languidum esset, quia omnes filii in hac civitate civium sunt legibus obedientium. Quid igitur superest, nisi ut particulam eliminemus?

Eadem medicina allata etiam alii loco nescio an integritas restitui simulque lis, quae magna inter criticos homines exstitit, dijudicari possit. In plerisque editionibus enim (B. H. Stallb. Tur.) pag. 886E haec leguntur: χαλεπόν γε λόγον, ὦ ξένε, εἰρηκὼς τυγχάνεις εἴ γε εἷς ἦν μόνον· νῦν δὲ ὅτε πάμπολλοι τυγχάνουσι, ἔτι χαλεπώτερον ἂν εἴη. At optimi (A Ω v x) codices habent νῦν δὲ ὄντες πάμπολλοι τυγχάνουσι ἔτι cf. Schneider ad rempubl. vol. I. p. 151, qui illud edit ac defendit. Stallbaumius contra illam opinionem, quam valde adamasse videtur, rursus proferens, ipsos passim optimos codices importuni critici manu fuisse tac-

tos, novo exemplo confirmari existimat; at vero caute optimorum librorum auctoritate esse utendum. At quaeso, si optimis caute, an propterea deterioribus manuscriptis vel editionibus confidenter utamur? Quae via vereor ut recta sit. Sed per optimos libros ad archetypi lectiones recurri debet. Quodsi ostendimus, quot pravae repetitionis maculis jam ille codex aspersus fuerit, non a vero aberrabimus, si etiam hoc loco medicinam adaptamus morbo; τυγχάνουσι igitur ex τυγχάνεις illo, quod antecedit, huc immigrasse judicamus, primum, ut videtur, forma, quam antea habuit, deinde autem accommodatum novo loco. Neque tamen abnuam, si quis a scriba male industrio, qui in nominativo, absolute posito offenderit, ad participium ὄντες ex superioribus adscriptum esse malit. At enim hi nominativi cum in toto hoc genere in usu fuerunt, tum hic, quare scriptor ad illam constructionem usurpandam permotus sit, facile est explicatu. Nam si anacoluthia evitata dixisset νῦν δὲ ὄντες πάμπολλοι ἔτι χαλεπώτεροι ἂν εἶεν, accuratam enuntiati formam servasset, sententiae tamen non satisfecisset, qua in tanta quaestionum multitudine non singulas rationes difficiliores fieri, sed totum rationem dandi negotium impediri dicere volebat. Utrumlibet igitur praefertur, τυγχάνουσι utique hinc eliminandum est. Ceterum particulae ὅτε ne rationem quidem inimus, quia ab optimis codicibus est aliena. Ὄντες autem ab aliquo additum esse, ne verbis [ὅτε] πάμπολλοι τυγχάνουσι participium desit, veridissimile est, quia cum apud alios, tum apud Platonem τυγχάνειν participio non adjecto plane usitatum est; vide Stallb. ad. h. l. et Ast lex. Plat. II. 421. Quo minus aliquem in usu illo offendisse credibile est, nedum posterioris aetatis scribam.

Jam, vides, ad alterum additamentorum genus traducimur, quod in interpretamentis versatur:

pag. 666B τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν ἐν

τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς, καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιάν, ἣν τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι. Haec praescribit philosophus: Qui ad quadraginta annorum aetatem provecti sint, in conviviis suis cum alios deos tum Dionysum debere advocare, ut ejus dei sanctitate simul et hilaritate fruantur, quam dono suo, mortalibus tristitiam senectutis levanti, largiatur ac fundat. Est pulchra sane sententia et elatiore animo exposita. Sed vide, ne quid adulterini in verbis delituerit. Vinum appellat initiationem et lusum augetque laudem in enuntiato relativo. In quo si tres videmus accusativos ἣν et τὸν οἶνον et ἐπίκουρον φάρμακον, quaeritur, qua ratione inter se sint conjungendi. Atque, quoniam illa τελετὴ et παιδιὰ de vino dicta esse consentaneum est, protinus id occurrit, τὸν οἶνον, quod sequitur, explicationis causa sub finem relativi enuntiati positum esse, quod genus epexegeseos relativo additae nec omnino rarum esse nec a Platonis usu alienum compluribus exemplis docet Heindorf. ad Gorg. 483A (addas resp. 399E), quibus conferas etiam usum Platonis, quo ea, quae cum ὡς particula in comparationem advocat, substantivo, quod imaginibus illustrat praemittere solet (cf. Sauppe ad Protag. 337 E). Ceterum jam veteres grammatici hanc in enuntiatis relativis consuetudinem observabant et describebant (cf. Scholiast. ad Sophocl. Antig. 304.; quem Heindorf. l. d. affert). — Atque haec per se quidem sunt proba et plana. Sed num ad hunc locum expediendum valeant, magnopere dubito. Manifestum enim est, illius construtionis vim, si aliqua est, in eo sitam esse oportere, ut, quae per relativum nondum satis distincte significata sint, nomine ipso paullo post illato indicentur, velut in illo ex rep. 583E, quod Heindorf. affert:

ὃ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι τὴν ἡσυχίαν, τοῦτό ποτε ἀμφότερα ἔσται, λύπη τε καὶ ἡδονή. Atqui hoc loco, quid relativo ἥν intelligi velit scriptor, adeo non explicatione eget, ut prorsus in aperto sit. Nam ad certas notiones illas, quae praecedunt, refertur. Itaque ab illo genere multum differt. Sed forsitan alia ratio alicui in mentem veniat, ut ἥν praedicatum ad objectum τὸν οἶνον esse statuat et vertat: *als was (d. h. als Weihe und Scherz) er den Wein gab.* At, praeterquam quod paucissimis ejusmodi constructionem Platonem decere persuadebitur, gravissimum impedimentum adest tertius accusativus ἐπίκουρον φάρμακον. Is nimirum jam praedicati locum τὸν οἶνον illustrantis occupavit. Quid multa? Optime omnia fluent, si verba τὸν οἶνον non Platonis sed librarii alicujus interpretationem ad παιδιάν, satis profecto inutilem, esse statuerimus. His igitur remotis ἥν objectum est verbi δωρήσατο, ἐπίκουρον autem φάρμακον praedicati munere fungitur.

745C haec in editionibus leguntur: κλήρους δὲ διελεῖν τετταράκοντα καὶ πεντακισχιλίους τούτων τε αὖ δίχα τέμνειν ἕκαστον καὶ ξυγκληρῶσαι δύο τμήματα τοῦ τ' ἐγγὺς καὶ τοῦ πόρρω μετέχοντα ἑκάτερον· τὸ πρὸς τῇ πόλει μέρος τῷ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις εἷς κλῆρος καὶ τὸ δεύτερον ἀπὸ πόλεως τῷ ἀπ' ἐσχάτων δευτέρῳ καὶ τὰ ἄλλα οὕτω πάντα; neque aliter codices. Stallb. de hoc loco prorsus desperat. Sunt enim ei obviam hae maxime difficultates:

1. Aegre fert, ἑκάτερον, ut nunc verba legantur, explicationem non habere, quia utraque illarum partium utriusque loci (et prope fines et prope muros siti) participes esse non possint.

2. Offendit in asyndeto post ἑκάτερον.

3. Negat εἷς cum dativo conjungi posse, ut sit idem, quod conjunctum alicui rei, id quod Astius voluerat. Poterat addi, praedicato omnino carere poste-

rius enuntiatum. Nam quis cum Astio consentiat, temere ἔστω supplendum esse statuenti? —

Atque primum de ἑκάτερον quaerendum est. Astius mutavit ἑκατέρου, quod plane supervacaneum esse, Stallbaumius recte monuit. Nam haec distinctio jam per τε — καί affatim declaratur. Quid enim? Si nos diceremus *Theil habend sowohl an dem Fernen, als an dem Nahen, an Beiden?* Quod autem ipse Stallbaum. quamvis dubitanter proponit ἑκατέρωθεν, non minus otiosum esse arbitror. Cornarius ἑκάτερον cum iis, quae sequuntur, conjunxit (quae ratio aliquando mihi quoque arriserat). Nam vertit: „ut utraque (?) pars ea, quae ad civitatem est, cum ea, quae est extrema una sors sit." At neque ἑκάτερος, neque uterque hic locum habet; dicendum erat ἕκαστον, unaquaeque. Nec enim duae tantum sed plures partes ad urbem jacent, quarum unaquaeque est altera ex binis, quae singulas sortes conficiunt. Itaque nisi audacius forte corrigere malis καὶ ἀεὶ θάτερον, τὸ πρὸς τῇ πόλει μέρος *(und zwar immer der eine, nämlich der an der Stadt liegende Theil)*, ἑκάτερον cum iis, quae antecedunt, conjungi debet; nec tamen, ut verba δύο τμήματα ἑκάτερον τοῦ τ' ἐγγὺς καὶ τοῦ πόρρω μετέχοντα interpreteris: utraque duorum locorum, et vicinitatis et remotae regionis, particeps esto. Immo intelligas: utraque aut in vicinia aut procul sita esse debet, quasi dixisset Plato ἑκάτερον ἑκατέρου τοῦ τ' ἐγγὺς καὶ τοῦ πόρρω μετέχοντα, cui comparari posset ex Politico locus (p. 264D) ἆρ' οὖν καί σοι συνδοκεῖ ταύτῃ δεῖν διχάζειν τὴν κοινοτροφικὴν ἐπιστήμην, ἐφ' ἑκατέρῳ τούτων τὸ μέρος αὐτῆς ἐπινέμοντας ἑκάτερον, quae explicantur deinceps: τὸ μὲν ἕτερον ὑγροτροφικὸν ὀνομάζοντας, τὸ δ' ἕτερον ξηρότροφικὸν nec vero explicantur: καὶ θάτερον ὑγροτροφικὸν καὶ ξηροτροφικόν, καὶ θάτερον ὑγροτροφικὸν καὶ ξηροτροφικόν. cf. resp. 617C

(Ast lex. plat. I. p. 652*)) et, quae H. Stephanus in thesauro affert, Thuc. I, 1. τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους et I, 22. ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι). Atque favet huic interpretationi usus particularum τε — καί, quo saepe duas res conjungunt, quae natura sunt prorsus diversae seque invicem excludunt. Exempla praeter ea, quae lexica praebent (Aeschyl. Prometh. 927 ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα. Thucyd. II. 35. μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδινεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιστευθῆναι), apud Platonem sunt: resp. 493B καὶ οἵας αὖ (sc. φωνὰς) ἄλλου φθεγγομένου ἡμεροῦταί τε καὶ ἀγριαίνει cf. ibid. 435A. Phaedr. 262A.

In iis deinde, quae sequuntur, mihi haec una medela aliquid conducere videtur: εἰς κλῆρος ut glossema excludas, dativos τῷ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις et τῷ ἀπ' ἐσχάτων δευτέρῳ a ξυγκληρῶσαι pendere statuas. Namque additamentum illud scribae alicui hanc constructionem paullo impeditiorem haud perspicienti assignare licebit. Nempe verba τὸ πρὸς τῇ πόλει μέρος usque ad οὕτω πάντα continent exegesin ad antegressa illa ξυγκληρῶσαι δύο τμήματα. Neque dativus post ξυγκληροῦν inauditus est, cf. (quae Steph. praebet) Lucian. insomn. cap. 11. ἐπεὶ ξυνεκληρώθη τῷ λήρῳ γέροντι et Demosth. 14. et 18. et ξύγκληρός τινι. Nam ξυγκληροῦν nihil est

*) Noli hujus rei exemplum adducere, quod pag. 734C legitur ἑκάτερος ἑκάτερον ὑπερβάλλων. Nam totum hunc locum inde a ὁ δὴ σώφρων usque ad τὸν ἄφρονα νικῶσι admodum suspectum habeo, ne sit spurius. Verba ὁ δὴ σώφρων τοῦ ἀκολάστου jam Astius ejici voluit. De ceteris sententiam meam hic longum est comprobare. Suspitionem autem movent imprimis haec: primum quod sententia, quae in superioribus declarata erat, mere transfertur ad sapientem et fortem, dein quod constructio quam maxime est perplexa, denique obscuritates, quae insunt in ἀμφότερα, ἑκάτερος ἑκάτερον, τῇ — τῇ (Astius supplet μερίδι?), ἐκείνων ὑπερβαλλόντων αὐτούς.

nisi ξύγκληρον ποιεῖν τινί τι (τινά). Totus igitur locus hoc fere modo interpretandus est: et binas oportet partes prope urbem proculque sitas in singulas sortes conjungi, ad urbem jacentes cum extremis et secundas ab urbe cum secundis a finibus et sic reliqua omnia.

Porro eandem interpretamentorum speciem prae se ferunt:

881B δεῖ δὴ τὰς ἐνθάδε κολάσεις περὶ τὰ τοιαῦτα τούτοισι τὰς ἐν τῷ ζῆν μηδὲν τῶν ἐν Ἅιδου λείπεσθαι κατὰ δύναμιν. Verba enim τὰς ἐν τῷ ζῆν sunt interpretatio, quae in margine antecedentibus τὰς ἐνθάδε adscripta erat. Opponuntur autem αἱ ἐνθάδε κολάσεις iis poenis, quae apud inferos impiis sunt paratae cf. p. 959C καὶ τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τὸν μετὰ τὸν ἐνθάδε βίον. Similiter 958D οἱ τῇδε θεοὶ opponuntur τοῖς ὑπὸ γῆς (cf. Plat. resp. 484D. Gorg. 525B. Cratyl. 403E et sic haec vox apud tragicos saepissime usurpatur). Nec minus apertam explicationem habes 814 A ubi πάσῃ τῇ δυνάμει glossema erat ad πανδημεί. Minus in propatulo est vitium consimile, quod latet pag. 795E ἄλλη δὲ εὐεξίας ἐλαφρότητός τε ἕνεκα καὶ κάλλους τῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ μελῶν καὶ μερῶν τὸ προςῆκον καμπῆς τε καὶ ἐκτάσεως καὶ ἀποδιδομένης ἑκάστοις αὐτοῖς αὐτῶν εὐρύθμου κινήσεως διασπειρομένης ἅμα καὶ ξυνακολουθούσης εἰς πᾶσαν τὴν ὄρχησιν ἱκανῶς. Vere Herm. animadvertit medium ἀποδίδοσθαι apud bonos quidem scriptores nunquam non sensum venundandi habere. Qua observatione inductus, correxit ἀποδίδουσα, καὶ excluso. Sed multo aptiorem medelam faciliоremque correctione Hermanni adesse puto, exclusionem illius vocabuli. Est nihil nisi glossa ad διασπειρομένης, cui vocabulo cum insolentius esset, explicatione opus esse videbatur; καὶ autem, quod praecedit, inter vincula illa numerandum, quibus supra (p. 82) jam vidimus talia glossemata genuinis alligari solere. Corrigendum praeterea

ἑκάστης — κινήσεως: quum unaquaeque motio aequabilis exercentibus necessariam ipsis praestet flexibilitatem et opituletur simul in tota saltatione. Mutatio autem formae ἑκάστοις sequente αὐτοῖς non jam temeraria esse videbitur, si collata erunt, quae supra id genus attulimus ab omnibus editoribus correcta (p. 46).

732C. D. ἐλπίζειν δ' ἀεὶ (sc. χρὴ) τοῖς γ' ἀγαθοῖσι τὸν θεόν, ἃ δωρεῖται, πόνων μὲν ἐπιπιπτόντων ἀντὶ μειζόνων ἐλάττους ποιήσειν τῶν τ' αὖ νῦν παρόντων ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολάς, περὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἐναντία τούτων ἀεὶ πάντα αὐτοῖς παραγενήσεσθαι μετ' ἀγαθῆς τύχης.

Sententia in aperto est: sperare debent boni, in malis deorum sibi auxilium non defuturum, in bonis, semper bona affore. Sed illa de felicitatis constantia, quam mire dicta sunt! quid hoc est περὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἐναντία? Ficinus vertit haec postrema: „ac, si qui graves labores inciderint, Deum leniores eos facturum et praesentia in melius commutaturum, bona vero contra omnia una cum bona fortuna sibi affore.“ Sensum in universum, ut in his libris solet, reddit nec tamen accurate vestigia scriptoris sequitur. Audiamus Voegelinum: *Wenn auch Plagen über sie kommen sollten, werde er dieselben immer geringer machen und auch denen, die jetzt vorhanden sind, einen freudigen Ausgang verschaffen. Im Guten aber werde immer ganz das Gegentheil von diesem ihnen unter gutem Glücke begegnen.* At ista *ganz das Gegentheil von diesem* non minus obscure dicta sunt, quam graeca τὰ ἐναντία τούτων. Nam primum quivis τούτων referet ad ἀγαθά, unde tamen sententia nascitur plane perversa et absurda. Si autem ad πόνων rettulerit, quo particulae μὲν — δὲ ducunt, in eam difficultatem incidet, ut Platonem primum distincte dixisse τὰ ἀγαθά, deinde autem eandem notionem vocabulis τὰ ἐναντία velasse assumere cogatur. Neque enim, ut nunc habent, τὰ ἐναντία τούτων — γενήσεσθαι

respondere possunt antegressis ἀντὶ μειζόνων ἐλάττους ποιήσειν κτλ., quia illorum contraria pessima et infelicissima sunt nec bona fortuna accidere possunt, neque Cornarii interpretationem, quae est „circa bona vero his contraria" praeter Stallbaumium, qui felicem appellat, multi comprobabunt. Nam quid languidius cogitari potest, quam appositio illa τὰ ἐναντία τούτων? Quasi vero id explicatione egeret, τὰ ἀγαθὰ opposita esse τοῖς πόνοις! Itaque, nisi per hyperbatum, cui vereor ut simile inveniatur, τὰ ἀγαθὰ cum πάντα et περὶ cum τὰ ἐναντία conjungere malis, duae tantum patebunt rationes, quibus res expediri possit: aut, si verba τὰ ἀγαθὰ sedem mutasse sumas, tota enuntiatio sic refingi potest: περὶ δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἀεὶ πάντ' αὐτοῖς παραγενήσεσθαι τὰ ἀγαθὰ μετ' ἀγαθῆς τύχης; aut τὰ ἀγαθὰ glossema ad ἐναντία esse sumendum, quae via eo magis commendatur, quo facilius, si Plato brevitate usus per hos libros non insolita, περὶ τὰ ἐναντία τούτων ἀεὶ πάντ' αὐτοῖς παραγενήσεσθαι μετ' ἀγαθῆς τύχης scripserat, quid ansam dederit supplementi, perspicitur.

Restat locus, quem, quum merito in difficillimorum numero ab omnibus habeatur, hic non attingerem, nisi a viris doctis et ipsum jam in eam suspitionem vocatum viderem, de qua mihi nunc negotium est. Leguntur enim pag. 960C in editionibus et codicibus haec magna ex parte corrupta:

ΑΘ. Ὦ Κλεινία πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν καλῶς ὕμνηται, σχεδὸν δὲ οὐχ ἥκιστα τὰ τῶν Μοιρῶν προςρήματα.

ΚΛ. Ποῖα δή;

ΑΘ. Τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι, Κλωθὼ δὲ τὴν δευτέραν, τὴν Ἄτροπον δὴ (sic codd.) τρίτην, σώτειραν τῶν λεχθέντων ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένων δύναμιν· ἃ

δὴ *) et, quae sequuntur. Atque alii alio modo haec sanare studebant. Stallbaumius primus, quod sciam, de interpolatione cogitans verba ἀπεικασμένα τῇ τῶν κλωσθέντων τῷ πυρὶ cancellis inclusit et deinceps scribi jussit τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένην δύναμιν, ita ut ἀπεργαζομένην referretur ad σώτειραν τῶν νηθέντων (hoc enim pro λεχθέντων ponit). At, siquidem de glossemate hic aliquid suspectum habemus, cancellis paullo audacius quidem, at aptius, opinor, includemus haec verba: τῶν λεχθέντων ἀπεικασμένα τῶν κλωσθέντων, ut remaneant τὴν Ἄτροπον δὴ τρίτην σώτειραν τῷ πυρὶ (?) τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένην δύναμιν. Nam et ex verbis antegressis et ex iis, quae sequuntur, summam sententiae hanc esse videmus: non modo ferri et institui leges debere, sed etiam servari et in perpetuum custodiri, τὴν ἀμετάστροφον δύναμιν enim iis tribuendam esse. Hanc autem sententiam jam in antiquis fabulis pulchre depictam esse maxime in iis, quae de Parcis narrentur. Nunc igitur id quaerendum, quidnam in illa de Parcis fabula huic legumlatoris sententiae adeo idonei et opportuni insit. Ni fallor duo sunt: primum quod aliquod opus magnum et grave a diis illis elaboratur et finitur, deinde quod finitum stabiliunt et servant. Posterius autem quod elaboratum servant, hoc quidem loco longe gravissimum est. Cujus autem ex tribus illis partes servandi et stabiliendi sint, ne hoc quidem dubium est. Nomine ipso, dilucide indicat Ἄτροπος, quod nomen Plato, ut ejusmodi explicationum est amans, significare dicit eam, quae rem absolutam non jam patitur dissolvi. Quae si ut in nomine ita in illius unius deae vi et natura insunt, Plato ad eam unam spectare potest, si verbis ἀπεργάζεσθαι τὴν ἀμετάστροφον δύναμιν utitur. Ergo legen-

*) Sic etiam in Par. legi constat; namque ceterorum narratio novo Felsii testimonio confirmatur.

dum Ἄτροπον τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένην δύναμιν (cf. p. 13 et 46), Atque simul apparet Platonem hoc quidem loco vix cogitare de ea Parcarum imagine, qua stamina nentes Clotho et Lachesis fingebantur. Nam in ejusmodi imaginibus Atropi non est servare ea, quae ceterae contexuerunt, sed persecare tantum et finire. Atqui, ut demonstravimus, utique servandi ejus deae vis et facultas hic requiritur. Hoc autem neglexit, qui in margine ad σώτειραν adscripsit ea, quae exclusi. Interpretatus est videlicet, (interpretatione enim hoc loco opus esse videbatur) Platonem Atropon dicere stamina servantem, stamina autem comparari iis, quae dicta et exposita essent: τῶν κλωσθέντων — τῶν λεχθέντων — ἀπεικασμένα. Quid denique sibi velint illa τῷ πυρὶ, difficillimum est, neque quidquam certi habeo, quod de iis proponam. Varia enim invenio illi Parcae in narratiunculis et tabulis pictis tribui *): forficem, solarium, stilum, volumen, nec tamen usquam ignem. Sed unum restat instrumentum, malleus, quo in speculo Tusco eam clavum parieti infigentem adspicimus (vide *O. Jahn archäol. Beiträge* p. 270). In medio autem relinquam, num graecis illa imago nota fuerit, latini noverunt, cf. Horat. carm. III, 24, 5. Si figit adamantinos Summis verticibus dira necessitas Clavos, non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput. — Ovid. Metam. XV, 809 sq. Intres licet ipsa sororum Tecta trium; cernes illic molimine vasto Ex aere et solido rerum tabularia ferro. Invenies illic inclusa adamante perenni Fata tui generis. — Hor. carm. I, 35, 17. Te semper anteit saeva necessitas, Clavos trabales et cuneos manu Gestans aena nec severus Uncus abest liquidumque plumbum, — ubi vide

---

*) cf. *Welker*, *Zeitschrift für Geschichte und Auslegung der alten Kunst. Die Parcen und Mören* S. 197—233. — Prorsus aliam atque hoc loco imaginem Plato resp. 617 D respicit.

Orellium, qui in excursu cum alia, quae huc spectant, tum ex Aeschyli Supplicibus affert versus 907 et 908 (ed. Herm.): *τῶν δ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διαμπὰξ ὡς μένειν ἀραρότως*, quae de plebiscito dicuntur, et Pind. Pyth. IV, 71 *τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις*, id est, ut Boeckhius explicat, tamquam ex chalybe factus etc. Atque hinc, si alicunde, Platonis hic locus jam paene desperatus salutem accipit. Fortasse igitur hunc in modum scribendus: *τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι, Κλωθὼ δὲ τὴν δευτέραν, τὴν Ἄτροπον δὲ τρίτην, σώτειραν τῇ σφύρᾳ τὴν ἀμετάστροφον ἀπεργαζομένην δύναμιν.* Atque indicium quidem quamquam parvulum pro me illud *τῇ* afferre possum; cui, postquam *σφύρᾳ* in *πυρὶ* depravatum est, *τῷ* articulum masc. gen. substituebant.

3. De transpositionibus.

Ex iis, quae de glossematis disputavimus, hoc quidem, opinor, elucebit, Legum aliquando fuisse codicem aliquem, in cujus margine permulta nec ubique futilia aut prava legebantur. Erant non tantum interpretamenta grammaticorum et variae lectiones ex aliis manuscriptis desumptae, sed etiam supplementa alibi reperta. Quae quomodo in illo codice, de quo agimus, ex ordine verborum antea exciderint, ad liquidum perduci vix poterit. Hoc certum est molem mendorum ex hoc adnotandi more in archetypum irrupisse. Namque deinde ab iis, qui emendationes, lectiones, interpretationes receperunt, vario modo peccatum est, sive iisdem paullo diversa forma bis descriptis, sive interpretamentis tamquam supplementis laeto animo in ordinem impositis. Sed restat alia pestis, quae ex ejusmodi codicis condicione vel illis facilius poterat irruere, transpositionem dico

verborum, quod genus depravationis non satis ab editoribus adhuc putaverim esse animadversum aut notatum. Atque primum hac ratione me loco alicui auxiliari posse spero, de quo multum disceptatum est. Pag. enim 895D—E per editiones haec vulgata sunt (sic apud Bekk., Herm., Tur.): Atheniensis dicit:

Τοτὲ μὲν ἡμῶν ἕκαστον τοὔνομα προτεινόμενον αὐτὸ τὸν λόγον ἀπαιτεῖν, τότε δὲ τὸν λόγον αὐτὸν προτεινόμενον ἐρωτᾷν αὖ τοὔνομα. ἆρά γε τὸ τοιόνδε αὖ βουλόμεθα νῦν λέγειν;

Clinias. Τὸ ποῖον;

Ath. Ἔστι που δίχα διαιρούμενον ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν ἀριθμῷ. τούτῳ δὴ τῷ κατ' ἀριθμὸν ὄνομα μὲν ἄρτιον, λόγος δὲ ἀριθμὸς διαιρούμενος εἰς ἴσα δύο μέρη.

Cl. Ναί.

Ath. Τὸ τοιοῦτον φράζω. μῶν οὖν οὐ ταὐτὸν ἑκατέρως προςαγορεύομεν, ἄν τε τὸν λόγον ἐρωτώμενοι τοὔνομα ἀποδιδῶμεν, ἄν τε τοὔνομα τὸν λόγον ἄρτιον ὀνόματι καὶ λόγῳ δίχα διαιρούμενον ἀριθμὸν προςαγορεύοντες ταὐτὸν ὄν.

Quae eodem modo in codd. leguntur; nisi quod in optimis A et Ω index personae ante τὸ τοιοῦτον φράζω deest, post φράζω additur *). De qua re quid judicandum sit, postea videbimus. Praeterea prior manus cod. Vat. Ω omittit negationem post μῶν οὖν, qua tamen vix carere possumus, quia μῶν sine negatione dubitationem indicat cf. paullo ante, 895C μῶν ἄρα με ἐρωτᾷς et 624A. 677D etc. Attamen patet a Platone hunc in modum illa scripta esse non posse. Quid enim, quaeso, sibi vult illud τὸ τοιοῦτον φράζω, postquam jam omnia a Clinia et intellecta et approbata sunt. Etenim haec formula est explicationem, quae ab altero

*) Bekkeri narrationem omni ex parte confirmat Felsius. — Quam vetus hujus loci corruptio sit, ex Eusebio apparet, qui eum prorsus eodem modo descriptum habet (praep. evang. 624A).

petita est, parantis et afferentis (cf. similem 889B). Atqui nihil jam superest explicandum. Videamus igiter de iis, quae sequuntur. Sequitur interrogatio: cui multo etiam minus ejus modi introductionem aptam esse manifestum est, praesertim quum exordiatur a particula ἆρ' οὖν οὐ. Quod Stallb. quum intellexisset, οὖν uncis inclusit, cetera recte habere ratus. Schneiderus autem, ut vitaret prava illa et absurda, ita colloquium constituit, ut tribueret

Cliniae ἆρα γε τὸ τοιόνδε οὖ βουλόμεθα νῦν λέγειν;

Atheniensi τὸ ποῖον; dein rursus

Cliniae ἔστι που δίχα — δύο μέρη,

Atheniensi ναί, τὸ τοιοῦτον φράζω, μῶν οὖν οὐ κτλ.

At quis est, quin videat, hac ratione si verba inter personas distribuerentur, totam colloquii condicionem et legem turbari atque perverti. Partes enim docendi et colloquium regendi utique, quum per totum opus, tum in hoc decimo libro Atheniensis sunt, neque Cliniae. Quodsi verba τὸ ποῖον Atheniensis essent, quaeque sequuntur, Cliniae, profecto miraremur, qui antea semper summa confidentia et sapientia viam disserendi monstrasset, eum repente dubitanter inquirere; contra, qui adhuc fere nihil ad cursum disceptationis adjuvisset, gravia jam argumenta ex suis conferre. At enim vero illud ἆρα γε τὸ τοιόνδε αὖ βουλόμεθα νῦν λέγειν, in aperto est nullius esse, nisi ejus, qui primarias agit partes. Quae quum ita sint, Schneideri quidem ordinis restitutione rejecta ad transpositionem verborum τὸ τοιοῦτον φράζω mihi recurrendum esse videtur, quae medela ipsis codd. prope jam monstrata est. Deest enim index personae ante τὸ τοιοῦτον φράζω et ante μῶν οὖν positus est. Hac re igitur freti illum locum refingere posse nobis videmur hunc in modum:

Cl. τὸ ποῖον;

Ath. τὸ τοιοῦτον φράζω· ἔστι που δίχα — εἰς ἴσα δύο μέρη.

Cl. ναί.

Ath. μῶν οὖν οὐ et quae sequuntur.

Facili enim opera unusquisque intelliget, qui factum sit, ut illud τὸ τοιοῦτον φράζω, quod, negligentia olim omissum, suo loco reponendum erat, per errorem a scriba e margine inter posteriora Atheniensis verba susciperetur.

Eandem medelam alii loco adhibendam esse puto. Non enim immerito pag. 888 A ἡμῶν in illis οὐ γὰρ ἅμα γε δεῖ μανῆναι τοὺς μὲν ὑπὸ λαιμαργίας ἡδονῆς ἡμῶν τοὺς δ' ὑπὸ τοῦ θυμοῦσθαι τοῖς τοιούτοις· ἴτω δὴ πρόρρησις τοιάδε τις ἄθυμος τοῖς οὕτω τὴν διάνοιαν διεφθαρμένοις offensionem praebuit. Scite Winckelmannus correxit ἡττωμένους, Astius autem edidit ἡμᾶς δ' ὑπὸ. Utrumque tamen, ut Stallb. judicat, audacius. Quam autem ipse Stallb. defensionem lectionis traditae per codd. profert, eam vix stare posse putaverim. Dicit enim, si recte eum intelligo, per ἡμῶν pronomen utramque partem, et illos contemptores deorum et interlocutores ipsos hic comprehendi. At per totum hunc locum ab Atheniensi quam maxime illos, quibuscum de summa sententiae est certamen, ab ipsius sociis distingui reperimus. Conferas modo, quae paullo ante dixit, 887E τούτων δὴ πάντων, ὅσοι καταφρονήσαντες οὐδὲ ἐξ ἑνὸς ἱκανοῦ λόγου, ὡς φαῖεν ἂν ὅσοι καὶ σμικρὸν νοῦ κέκτηνται, νῦν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς λέγειν ἃ λέγομεν κτλ. Quid multa? Hoc quidem loco, quo nunc legitur haec vocula importunissima et molestissima est; atque jam Stephanus et Cornarius eam damnaverant. At meo quidem judicio non est damnanda sed post πρόςρησις reponenda. Namque, etiamsi bene per se intelligatur, cujus haec πρόςρησις *) sit, tamen oppositionis causa

---

*) Sic enim, non προρρήσις scribendum, πρόρρησις enim

aptissime pronomen hoc loco habiturum esse, non erit qui neget, quum praesertim sequatur λέγωμεν et propter illud adjectivum ἄθυμος subjecti indicatio fere requiratur.

Porro vide, quomodo, quae 831E nunc exstant, explicari possint:

αὕτη τοίνυν μία κείσθω διακωλύουσα αἰτία — τοὺς δὲ ἀνδρείους λῃστὰς καὶ τοιχωρύχους καὶ ἱεροσύλους καὶ πολεμικοὺς καὶ τυραννικοὺς ποιοῦσα καὶ μάλ' ἐνίοτε οὐκ ἀφυεῖς ὄντας, δυστυχοῦντάς γε μήν. Legumlator questus, quod in civitatibus illius aetatis parum curae in publicis ludis sive musicis sive gymnasticis haberetur, ejus incuriae et inertiae causam non inscitiam populi aut legislatorum esse existimat, sed duas alias res, avaritiam et perversas rerum publicarum formas et institutiones. Atque quantopere avaritia bonis moribus detrimento sit, aliquot exemplis illustrat. Omnes enim homines, quamvis antea liberi et ingenui fuerint, hac peste infectos servorum, nautarum, institorum mentem induere, *τοὺς δὲ ἀνδρείους* — sic enim pergit — *λῃστὰς καὶ τοιχωρύχους καὶ ἱεροσύλους.* Quae omnia sunt plana et facilia. Sed sequitur *καὶ πολεμικούς*, quod non intelligo, qua ratione inter *ἱεροσύλους καὶ τυραννικοὺς* poni possit. Nam quocunque modo accipias, nunquam, si *πολεμικοὺς* avaritia homines faceret, id in ea vituperari posset. Quod enim Voegelinus vertit: *macht sie zu Jedermanns Feinden;* haec vis, praeterquam quod hoc loco, ubi *πολεμικὸς* medium sacrilegis et tyrannicis interpositum legimus, quam maxime debilis et languida esset, dubito, num omnino in *πολεμικὸς* inesse possit. Nam Plato quidem, nisi ubi simpliciter est, „quod ad bellum pertinet," tamquam honorifico ubicunque hoc nomine utitur, id quod facili opera ex multitudine

---

aut antea edictum est aut interdictio sacrorum cf. 873 B et Stallb. ad 871 A.

exemplorum percipias, quae Astius in lexico congessit. Laudes quasdam *τοῦ πολεμικοῦ βίου* adolescentulis jubet enarrari 942 E *ἔπαινον μὲν δὴ τοῦτον ἀκούειν τὸν νέον χρῆν δοκεῖν* *) *πολεμικοῦ πέρι βίου*. cf. 921 E *τὰς τιμὰς οἳ δὴ μισθοὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν εἰσί* cf. Thuc. I. 84. *πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα.* Nusquam apud Platonem quidem est id, quod *πολέμιος*, quam vim si apud Xenophontem, Aeschinem, alios nonnunquam habere narratur, semper additur *πρός τινα.* At vero facile res potest expediri. Transponas quaeso *καὶ πολεμικοὺς* ante *λῃστάς*, et omnia bene habebunt: *ἀλλ' ἐμπόρους τε καὶ ναυκλήρους καὶ διακόνους πάντως τοὺς φύσει κοσμίους τῶν ἀνθρώπων ἀπεργαζομένη, τοὺς δὲ ἀνδρείους καὶ πολεμικοὺς λῃστὰς καὶ τοιχωρύχους καὶ ἱεροσύλους καὶ τυραννικοὺς ποιοῦσα, καὶ μάλ' ἐνίοτε οὐκ ἀφυεῖς ὄντας, δυστυχοῦντάς γε μήν.*

Atque haec tantum pauca hujus vitii sunt specimina (addas, quae praeterea supra pag. 35 et 48 sedem mutasse suspicatus sum); quorum numerus non dubito, quin, dummodo aliquis in hanc rem attendat, aliquanto augeri possit.

Hac disputatione absoluta id certe mihi effecisse videor, ut archetypon illud antiquum, ex quo omnes nostros codices derivatos esse statui, jam accuratius, quale fuerit, adumbrari describique possit. Fingamus igitur codicem fuisse utique Eusebii **) aetate antiquiorem, qui descriptus fuisset ex apographo glossis et

*) Hoc *δοκεῖν*, in quo nemo non offendit, nescio an varia lectio sit ad *ἀκούειν*, ex quo depravatum fuerat, aliquando adscripta.

**) vide, quae diximus pag. 204 sqq. 87. 52. 36. Ceterum de quaestione ea, quae est sane gravissima, quid ex scriptoribus posterioribus, qui libris Platonis usi sint, in Legum oratione restituenda repeti possit, postea aliquando pleniora proferre in animo est.

lectionibus sive in margine sive inter versus insertis ubivis aucto ac paene referto. Erat, ut vidimus, lectionum diversitas uberrima eo collata, ex parte levium et futilium, ex parte antiquarum et bonarum. Legebantur explicationes et vocabulorum et sententiarum; legebantur denique interpolamenta et ornamenta scriptoris verbis affixa. Sed ne haec quidem omnia erant. Apparet enim ex iis, quae de transpositionibus disseruimus, non tantum aliena in margine illius apographi deposita fuisse, sed etiam vere Platonica, integros locos, qui in ipsius apographi paginis nescio qua de causa omissi fuerant, a diligenti quodam homine ac bene profecto de Platone merito, postea sedulo illuc adductos fuisse. Hoc igitur apographo usus est librarius archetypi, sed miro quodam modo munere ille suo fungebatur. Quoniam enim, quantum videmus, litterarum illarum plane rudis et imperitus erat neque scriptoris voluntatem sententiamve ubique satis perspiciebat, profecto illius generis apographi describendi negotio tam difficili et intricato minime erat idoneus. Nullo igitur discrimine varias lectiones, interpolamenta, explicationes omnia miscens ac turbans congerebat et conglutinabat. Locos autem scriptoris, quos ex margine in ordinem recipiendos esse perspexit, falso loco non raro interponebat. Illius igitur homuncionis negligentia et imperitia factum est, ut Platonis libri de Legibus tam infecti, corrupti, interpolati ad posteros pervenerint.

Conspectus locorum, quorum de emendatione agitur.

Index palaeographicus *).

*) Non tantum errores continet ex scripturae similitudine ortos sed, quotquot tetigi vitia fortuita ac parvula.

*) In archetypo excidit p. 867E ubi, ut videtur, legendum *ἐπειδὰν δὲ ὁ χϱόνος ἐξέλθῃ;* vide Ast. ad h. l. et Sauppe. Philol. XVIII. 539.

---

*) Addas 950E ubi, ni fallor, legendum ὡς πάντων οὖσας (pro codd. τούτων). Nam haec causam continent, cur non in publicis peregrinationibus expeditiones quoque militares enumerandae sint.

Excerpta Felsii e cod. Par. A.
cum Bekkeri et Stallbaumii narrationibus collata.

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.*)
212, 19 (641D)	ἔχοις ἂν τὸ	tacet	Inserui οὖν etiam ab Schneidero neglectum ex Par. A, qui teste Bastio ita scriptum habet.	ἔχοις ἂν οὖν τὸ
262, 21 (668A)	ἢ μή τις χαίρει τῷ τό γε ἴσον οὐδὲ	tacet	„teste Bastio ΑΒΩΞ juxta cum Florentinis alterum ἴσον tuentur.	οὐ γάρ εἴ τις δοκεῖ ἢ μή τις τῶι χαίρει τῷ τὸ γε ἴσον ἴσον
264, 15 (668D)	τί οὖν; εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγνοοῖ	item	item	Τί οὖν; εἴ τις καί ἐντούτοι ς ἀγνοοῖ.
265, 22 (669C)	χαλεπώτατόν τε αἰσθέσθαι	τε om.	„alia omnia narrat Bast.“ (atque Bekker)	χαλεπώτατόν τε αἰσθέσθαι.
269, 14 (671B)	ἐμπίπλαται	ἐμπίμπλαται	ἐμπίπλαται sic A cum Euseb (?).	ἐμπίμπλαται.
278, 1 (676B)	οὔκουν ῥᾴδιόν. γε οὐδαμῶς	ον γε ῥαίδιον	ῥαίδιόν γε Ω et supra vers. Par. A.	οὔκουν ῥάιδιον (et quae sunt supersc. vide tab.); οὐδαμῶς:
280, 2 (677D)	καί ὁτιοῦν; ὅτι μὲν γάρ	ὁτιοῦν τοῦτο ὅτι. ὁτιοῦν ὅτι ḫ cum γρ ΑΩ	teste Bastio: Par. A. ὁτιοῦν τουτο (sic) et in marg. ὁτιοῦν χωρὶς τοῦ τοῦτο.	καὶ ὁτιοῦν τοῦτο: ὅτι μὲν (et quae in margine leguntur. Vide tab.).

*) In universum de codice A. Felsius haec refert: *Von zweiter Hand* (*wie zu* II. 49, 18) *sind die Correkturen nicht grade selten, aber auch nicht sehr zahlreich. Ausserdem stehen am Seitenrande, dann und wann auch am untern Rande, Glossen, die halb Uncial-, halb gewöhnliche Schrift sind, nicht von dem eigentlichen Schreiber aber auch nicht viel jünger zu sein scheinen. Von der Hand des Glossators scheinen nur dann und wann auch Lesarten hinzugefügt zu sein wie* **zu 472, 10.**

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
284, 13 (679D)	ἀτεχνώτεροι	ἀτεχνώτεροι pr. A.	Bekker — narrat, tacente tamen Bastio (Stallb. dat ἀτεχνότεροι).	o *aus Rasur. Es scheint* ω *gewesen zu sein. Die Umänderung scheint von dem alten Schreiber zu sein.*
285, 9 (680A)	λεγομένοις πατρίοις νόμοις	item	item	λεγομένοις πατρίοις νόμοις
294, 17 (685D)	ᾗ περ ἐν ἄλλαις	ἀλλήλαις	Quod Bekk. narrat etiam in Par. A. legi ἀλλήλαις id, Bastio si qua fides est, a vero abhorret.	ἐν ἀλλήλαις
297, 1 (685E)	καὶ τῇ διανοίᾳ ταύτῃ	τηι τινι	Quod recepimus (τινι διανοίᾳ τοιαύτῃ), id Bastio teste liquido scriptum exstat in Par. A. pr.	τίνι διανοίαι τοιαύτηι
305, 21 (690B)	τὸν κρείττονα μὲν ἄρχειν	tacet	τὸ	τὸ
306, 20 (690D)	βασιλῆς	tacet		βασιλεῖς ex corr. *von alter Hand (des Schreibers d.* cod.*?)*
307, 12 (691A)	βασιλῆς	tacet (ad 293, 13 dicit: βασιλῆς A)	βασιλῆις etiam Par. A. hic et supra p. 690D a pr. m. scriptum habuit, si quidem Bastio fidem habere fas est.	βασιλεῖς ex corr.; *das früher dagewesene* ῃ *ist noch ganz deutlich, so dass dasselbe wohl auch für* 306, 20 *anzunehmen ist.* vide tab.
309, 1 (691D)	θεὸς εἶναι	tacet	Bastius Parisini A et B itemque Vat. Ω cum Stephani lectione (est οἶμαι) consensionem liquido testatus est.	εἶναι

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat. de cod. A.
311, 21 (693C)	ἢ πρός φρόνησιν	A. om. η	η Bastio teste primitus omissum, sed postea eadem manu adscriptum est.	κ'' βλέπειν πρός. *Das übergeschriebene* [καὶ] *von jüngerer Hand.* vide tab.
313, 14 (694B)	τούς τι δυναμένους	τούς τι pr. A.	τούς τι	εἶ τοὺςτι δυναμένους *das übergeschriebene* ει *scheint von der Hand des alten Schreibers zu sein.* vide tab.
329, 18 (702C)	Κνωσίοις	tacet	tacet	κρωσιοις —— ibid. κνωσίων (et super ω signum quoddam conspici; vide tab.).
331, 9 (704B)	ἐπιθαλαττίδιος	tacet	ἐπιθαλαττιαῖος a m. sec. Par. A.	αι ἐπιθαλαττίδιος (*αι von alter Hand*)
332, 2 (704B)	ὡς δυτατόν ἐστι μάλιστα	ἐστι om. A.	tacet	δυνατὸν ἐστιν μάλιστα
360, 20 (719B)	σμικρῷ δὴ πρόσθεν	σμικρῷ δὴ pr. A.	Bastius tacet de omissione voculae μὲν (Stallb. recipit σμικρῷ μὲν δή)	*μὲν ist übergeschrieben, soviel ich sehe, von älterer Hand*
380, 12 (731D)	πλημμελεῖ	tacet	tacet	*πλημμελεῖ steht in Correktur; das Ursprüngliche ist unlesbar*
385, 17 (734C)	ὑπερβάλλῃ	ὑπερβάλλῃ	ὑπερβάλλῃ	ὑπερβάλληι
390, 22 (737B) u. 391, 1	οἷς ἦ — καὶ οσοις μετῇ	22 ἦ	item	*ἢ statt ἦ, sonst wie bei Bekker*

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
391, 7 (737C)	αὐτῶν	αὐτόν	libri αὐτόν. Veram lectionem (αὐτῶν) tamen etiam in Par. A exstare liquido testatur Bast.	αὐτῶν
394, 6 (739A)	ἡ δὴ μετὰ τοῦτο φορά	δὴ μετὰ pr. A.	nihil narrat Bast.	τ ἡ δὴ μετὰ (*das* τ *nachgeschrieben; von alter Hand?*)
394, 12 (739A)	ὀρθότατα	tacet	ὀρθότατον teste Bastio	ὀρθότατον
396, 18 (740B)	πᾶσαν πόλιν	πᾶσαν πόλιν	alia narrat Bast.	τὴν *fehlt*
401, 10 (742D)	χρυσία καὶ ἀργύρια	χρύσεια καὶ ἀργύρεια corr. A.	χρύσεια καὶ ἀργύρεια	χρύσεια καὶ ἀργύρεια
405, 20—406, 16 (745A—B)	406, 14 τῷ	θεοῖς — δὲ om. pr. A. 406, 14 τό	tacet τῷ τὰ μὲν αγαθῆς γῆς] τό A	θεοῖς — δὲ *fehlt im Text selbst und steht am untern Rand, nicht von der Hand des ursprünglichen Schreibers, aber immerhin von alter Hand etwa aus dem XI. od. XII. Jahrh. aus einem alten* cod. *wie das* iota adscriptum *zeigt.* Varietas: 406, 14 τὸ τὰ μὲν
415, 12 (752D)	Κνωσίους	tacet	(mox (?) Κνωσίους Par. A. teste Bastio)	Κνωσσιους (?). *Das Zeichen darüber* (vide supra ad [329, 18) *von derselben Hand.* vide tab.
421, 9 (761A)	ἑκάστῃ φυλῇ	ἑκάστη φυλή	ἑκάστη φυλακή	ἑκάστη φυλακή
431, 10 (761A)	ποιεῖν τοῖς	ἐν τοῖς	A habere ἐν narrat Bekker. Nihil monet Bast.	ἐν

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
434, 17 (762E)	*ἔπειτα τοῖς πρεσβυτέροις*	tacet	Bastio teste A et Ω *ἔπειτα εἰ τοῖς*	*εἰ*
436, 16 (763E)	*δέκα ἐκ τῶν*	*δέκαν τῶν* pr. A. *ἢ τῶν* corr. A.	AΞΩ etc. *δέκα ἢ τῶν*. Sed *δέκα τῶν*, Bekk. teste, pr. A.	*δέκαν* (*von jüngerer Hand δέκα ἢ*) vide tab.
441, 15 (766D)	*μέχρι περ ἂν καταστήσωσι*	tacet	post *ἂν* A et pr. Ω itemque a. c. etc. addunt *τοῖς παισὶν*	*τοῖς παισὶν*
469, 6 (781C)	*δεδυκός*	*δεδυκός* pr. A.	correximus c. Bekk. ex A. unde tamen nihil enotavit Bastius	*δεδοικός*
471, 11 (782D)	*πρὸς οὖν δή τί, εἴποι τις ἂν*	tacet	tacet	*ταῦτα*
472, 10—473, 10 (783B—D)		*παίδων — καλῶς* in mg. AΩr, ubi *ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων φέρεται καὶ ταῦτα*	similiter	*Die ganze Stelle theils am rechten Seitenrande, theils unten am Rande von derselben Hand wie* 405, 20 etc. *nach getragen und fehlt im Text.*
II. 7, 7 (791A)	*φαίνεται*	tacet	servat *φαίνεται* cod. Par. A. (recepit tamen *φαίνεσθαι* Schneider)	*φαίνεσθαι*
II. 30, 20 (802E)	*τούτων ἑκάστοις*	tacet	Steph.: *τούτοις ἑκάστοις*. Idem servarunt Bekk. (?) et Tur. (?) etc. fortasse Par. A. ita scriptum exhibet	*τούτων ἑκάστοις*
II. 35, 15 (805B)	*αἱρεῖσθαι δεῖν*	tacet	tacet.	*δεῖν*
II. 49, 18 (812D)	*καὶ ἀντίφωνον*	om. pr. AΩ	om. pr. A Ω	*fehlt im Text und steht am Rande von anderer Hand als die des ursprüngl. Schreibers und die von* 472, 10.

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 89, 17 (835E)	τῶν πολλοὺς δὴ καὶ πολλὰς ἐπιθυμιῶν	om. καὶ πολλαὶ	item Nobis scrupulum injecit, quod Bastius de καὶ in A et Ω omisso omnino nihil refert	τῶν πολλοὺς δὴ πολλαὶ ἐπιθυμιῶν
II. 90, 17 (836C)	τὸν πρὸ Λαΐου νόμον	του pr. A.	τοῦ, superscripto πρὸ	πρὸ τὸν τοῦ Λαίου νόμον
II. 99, 3 (840D)	ἀγέλας	om. pr. A Ω	om. A Ω	*ἀγέλας ist am Rande nachgetragen scheinbar von derselben etwas dünnen Hand, wie* 472, 10 etc., *obgleich es auch die Hand wie* 49, 18 *sein könnte.*
II. 100, 17 (841C)	γίγνοιτο ἐν πάσαις πόλεσι	om. pr. A Ω	om. pr. A Ω	*γίγνοιτο — πόλεσι ist am Rande nachgetragen von der Hand wie* 49, 18
II. 101, 10 (842A)	τε καὶ οὐκ ὀρθῶς	om. pr. A Ω	errore A et Ω pr. om.	*von derselben Hand am Rande nachgetragen*
II. 114, 20 (849A)	τοῖς δὲ δὴ ἀγορανόμοις τὰ περὶ ἀγοράν που δεῖ	δὲ δι' ἀγοράν που A et pr. Ω	tacet.	τοῖς δὲ δι' ἀγοράν που δεῖ
II. 116, 5 (849D)	καὶ ὁπόταν βούληται	om. f et pr. A Ω	om. f et pr. A Ω	καθόσον ἂν βούλη — — ται | *ται καὶ ὁπότ' ἂν βούλη, von der Hand wie* 49, 18 *am Rande*
II. 125, 17 (856E)	καὶ μονῆς ὡςαύτως	καὶ μονῆς om.	errat Bekk., volebat de omissione praeposit. περὶ narrare, id quod ex certo Bastii testimonio intelleximus	καὶ μονῆς ὡςαύτως

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 125, 21 (857A)	κείσθω καὶ μία δίκης τιμωρία	δίκη τιμωρίαις γρ Α Ω	pr. m. A et Ω veterem scripturam (μία δίκης τιμωρία) tuetur. μία δίκη τιμωρίαις A. Ω. x. a. γρ.	κείσθω καὶ μία δίκης τιμωρία ξυμπασιν. *Am Rand von der Hand wie* 49, 18 γρ. καὶ μία δίκη τιμωρίαις ξύμπασι
II. 126, 15 (857C)	ἀπῃκάσαμεν	ἀπεικάσαμεν corr. A.	ἀπῃκάσαμεν] sic Par. A. a pr. m. v. pro vulgata ἀπεικάσαμεν	ἀπεικάσαμεν
II. 140, 17 (864B)	πάνυ μὲν οὖν	tacet	om. teste Bastio, A.	*fehlt*
II. 149, 14 (869A)	γίγνοιτο	γίγνηται	errat Bekk. Nam eam varietatem (γίγνηται) huc pertinere (ad 15. ἀκρατὴς θυμοῦ γίγνηται) ex schedis Bastii et testimonio Furiae luce clarius apparet	γίγνοιτο
II. 156, 2 (872C)	ἐὰν δὲ δὴ γίγνηται ἐφ' οἷσι	ἐφοχι	tacet.	ἂν δὲ δὴ γίγνηται εφοχι καὶ νομοθετεῖν (*das* η *ist von derselben alten Hand wie der Text*) vide tab.
II. 163, 2 (876A)	ἀλλ' αὐτῷ νομοθετητέον. Κλ. ποῖα δὴ	tacet.	tacet.	*Am Rande steht ein Strich. Eine neue Person wird gewöhnlich nur durch einen Strich am Rande (—) bezeichnet. Das vorhergehende wie bei Bekker*
II. 166, 13 (877E)	ᾗ κειμένη ᾖ καὶ ἐν	om. A et pr. Ω	om. A et pr. Ω	*fehlt*
II. 172, 7 (880D)	ταξίαρχοι φύλαρχοι	tacet.	secundum Bastium ταξ. καὶ φυλ.	ταξίαρχοι καὶ φύλαρχοι

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 181, 9 (887A)	τὰ δὲ	τὸν δὲ	τὰ δὲ εἰς φόβον] pro τὰ ΑΩΞ etc. τόν; sed de Par. A. nihil narrat Bastius.	τὸν δὲ
II. 183, 21 (888B)	πολλοῖσι	πολλοῖσι	tacet (de forma πολλοῖσι) Bast. unde lectionem vulgatam (πολλοῖς) intactam reliquimus	πολλοῖς vide tab.
II. 198, 14 (895C)	τί δέ;	δαὶ corr. A.	δαί legi, testatur Bast.	*τί δαὶ. Ueber αι ist etwas radirt, aber es scheint mir ein Fleck dagewesen zu sein; das Wort selbst ist intakt*
II. 199, 9 (895E)	τὸ τοιοῦτον φράζω. μῶν σὺν οὐ —	: μῶν	item	*wie bei Bekker*
II. 200, 19 (896C)	καὶ τὰ ψυχῆς τῶν τοῦ σώματος ἔσοιτο πρεσβύτερα	tacet.	tacet	*wie bei Bekker*
ibid. 21	καὶ βουλήσεις	om.	om.	*fehlt gänzlich*
II. 208, 7 (899E)	ἴσως ἀνοσίους ἀνθρώπους	ἀνοσίους om.	item	— — — ἴσως | ἀνοσίους *am Rande scheinbar von der Hand des alten Schreibers nachgetragen* ἀνθρώπους
ibid. 9 (900A)	ταράττει — αἰσθόμενος	αἰσθανόμενος pr. A.	libri ταράττῃ; αἰσθανόμενος pr. A.	ταράττηι . αἰσθ . . όμενος (*in der Mitte zwei Buchstaben ausradirt; der letzte ein σ*). Vide tab.

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 208, 10	ἢ καὶ παντάπασιν αὐτὸς αὐτόπτης προςτυχὼν πολλῶν	αὐτός om. pr. A. προςτυχής A.	προςτυχής	— — — ἢ καὶ | παντά αὐτός πασιν αὐτόπτης προςτυχὴς πολλῶν (*πάντα scheint mir sicher von der Hand des alten Schreibers zu sein; wahrscheinlich auch* αὐτός)
ibid. 12	τισὶ δὲ αὐτὰ ταῦτα ἐκ σμικρῶν εἰς τυραννίδας τε καὶ τὰ μέγιστα ἀφικομένους	ταῦτα ἐκ	ὁρᾷς (post ταῦτα) videtur probum esse. — Nec de A et Ω tale quid (deesse ὁρᾷς) prodit Bastius. — Nam silentio viri diligentissimi aliquid tribuendum esse recte videmur exinde colligere, quod reliqui codd. omnes, etiam libri Eusebii, tuentur ὁρᾷς.	τισὶν δὲ αὐτά, *sonst wie bei Bekk. bis* ἀφικομένους (ταῦτα ἐκσμικρῶν)
II. 209, 13 (900C)	οὐχ ἧττον ἢ τῶν μεγέθει	tacet	tacet	οὐχ ἧττον ἢ τῶν μεγέθει, *ohne alle Correktur noch zweite Hand*
II. 214, 6 (902D)	ἐπιμελουμένῳ	ἐπιμελεῖσθαι	ἐπιμελεῖσθαι. A υ f etc. Sed de Par. A. tacet Bast.	ἐπιμελεῖσθαι
ibid. 20 (903A)	βουλόμενον τ' ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον	τ' ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυναμενον om. pr. A Ω	tacet	τ' ἐπιμελεῖσθαι καί δυνάμενον *fehlt gänzlich*
II. 223, 9 (907A)	οὔτε ἀνεκτὸς ὁ λόγος, τῶν τε περὶ πᾶσαν	om. ὁ. — λόγων	ἀνεκτὸς λόγων	ἀνεκτὸς λόγων τῶν τε

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 223, 10	*κινδυνεύει πως*	*πᾶς*	*κινδυνεύει πᾶς.* A Ω pr. v. a. etc. De Par. A. tamen Bastius nihil admonuit	*κινδυνεύει πᾶς*
II. 233, 13 (914E)	*διαδικάζειν*	*δικάζειν*	*δικάζειν*	*δικάζειν*
II. 240, 19 (918C)	*ἐξιασώμεθα*	ε α *ἀξιωσώμεθα*	corr. A. *ἐξιασώμεθα*	α *ἀξιωσωμεθα* (*das übergeschriebene α scheint von derselben Hand zu sein*
II. 244, 12 (920C)	*κιβδηλείας*	tacet	*κιβδηλείας* retinuit tamen Schneider *κιβδηλίας*	*κιβδηλείας ohne Correktur noch zweite Hand*
II. 250, 14 (923D)	*ἐπι τινι κλήρῳ*	*κλήρωι* om.	*κλήρῳ* om.	*κλήρῳ fehlt gänzlich*
II. 261, 13 (929B)	*κατηγορείτω δὲ ἐν τούτοις*	tacet	tacet	*δὲ ἐν τούτοις*
ibid. 16	*πείθῃ ὁ πατὴρ*	*ὅτι*	tacet	*ὅτι πατὴρ*
II. 269, 6 (933B)	*εἴτ' ἐπὶ μνήμασι γονεων*	*ἐπὶ* om. pr. A.	om. A.	πι *εἴτε μνήμασι. Das πι scheint von derselben Hand hinzugefügt zu sein*
ibid. 12, (933C)	*καθά περ παῖδας τοὺς πολλοὺς*	*παῖδας* om. pr. A.	item	*παῖδας fehlt im Text u. steht am Rande von der Hand wie* 49, 18
II. 273, 6 (935C)	*ἕκαστον ἀνατί, ἢ*	*ἀνατὶ* mg. A. (ipse om.)	De codd. A et Ω falsus videtur esse Bekkerus, qui scripsit ad *ἀνατεί* „ipsi enim A Ω om.“ Nam Bast. Vat. Ω narrat in contextu exhibere *ἕκαστος ἀνατεί* superscripto *ἕκαστον* et *ἀνατί*. Schneider edidit *ἕκαστος ἢ* ejecto *ἀνατεί*	ν *ἕκαστος ἢ. Am Rande steht ἀνατὶ von der Hand wie* 49, 18, *von der auch das ν übergeschrieben ist.* vide tab.

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.	
II. 278, 7 (938A)	*δωρεὰν δ' αὐτῆς εἶναι*	*αὐτῇ* pr. A.	*αὐτῇ* pr. A. teste Bekkero (?) Sed teste Bastio cum Voss. *αὐτῆς τ' εἶναι*	*δωρεὰν δ' αὐτῃ* etc. vide tab. *Das δ' steht in Rasur; es scheint ein Buchstabe ausradirt, σ (?) nach αὐτῇ scheint auch später hinzugefügt*	
II. 283, 18 (942E)	*χρῆν δοκεῖν πολεμικοῦ βίου*	ante *βίου* omisi, *πέρι* cum pr. A Ω	Bastius nihil refert	*περὶ fehlt im Text und ist von der Hand wie* 49, 18 *übergeschrieben*	
II. 284, 12 (943B)	*ἑκάστων τούτων ἄρχοντας*	*τούτων* om.	tacet	*τούτων fehlt gänzlich*	
II. 288, 4 (945B)	*ἂν γάρ τίς τι εἴπῃ σχολιὸν αὐτῶν*	tacet	*γάρ* om. A. teste Bastio	*γάρ fehlt gänzlich*	*Sonst Alles wie bei Bekker*
ibid. 5	*ἢ πράξῃ καμφθεὶς*	om. A. *ἢ πράξῃ*	item	*ἢ πράξῃ fehlt gänzlich*	
ibid. 6	*ὑπὸ βάρους μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς δ' αὐτοῦ δυνάμεως ἐνδείᾳ πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς ἀξίαν ῥᾴδιον μὲν οὐδαμῶς*	*μὲν πράξῃ* pr. A. *τὴν ἀρχὴν* etiam mg. rc. A.	pr. A. om. *τὴν αρχὴν*	*ὑπὸ βάρους μὲν πράξῃ τῆς δ' αὐτοῦ (am Rande steht τὴν ἀρχήν, von der Hand wie* 49, 18)	
ibid. 8	*εὑρεῖν τῶν ἀρχόντων ἄρχοντα ὑπερβάλλοντα πρὸς ἀρετήν*	$\overset{\text{ξα}}{\text{ἀρχοντων}}$	*ἀρχόντων* pr. A.	$\overset{\text{ξα}}{\text{ἀρ χοντων}}$ vide tab.	
II. 289, 1 (945E)	*ἔτι νεύουσαι*	*νεύουσαι* corr. A.	item	*ἔτι νεύ. ουσαι. In der Mitte ist ein Buchstabe ausradirt* (in margine similia legi narrat vide tab.)	

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 289, 3 (945E)	πάντως τοὺς εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι τεκταινώμεθα δή τινα τρόπον αὐτῶν τοιάνδε γένεσιν	αὐτῶν om. pr. A.	tacet	πάντας. *Das Wort* αὐτῶν *fehlt im Text und steht am Rande von der Hand wie* 49, 18
II. 289, 18 (946B)	λειφθῶσιν	λιφθῶσιν pr. A. λῃφθῶσιν corr. A.	λῃφθῶσιν A Ω pr. v. etc.	λῃφθῶσιν
II. 290, 10 (946C)	πάσας δώδεκα μέρη	om. κατά pr. A.	(dat κατὰ δώδεκα μέρη) Bekk. om. κατά cum pr. A Ω, de quibus tamen Bastius tacet. Utrumque recte dicitur, ut satius visum sit certae et exploratae librorum auctoritati obtemperare	κατὰ *fehlt im Text und steht am Rande von der Hand wie* 49, 18
II. 292, 21 (947E)	ἀνεπιδεῆ	ἐπιδεῆ pr. A.	item	ἄν επιδεῆ (ἂν *übergeschrieben von der Hand wie* 49, 18
II. 294, 2 (948C)	νῦν δὲ δὴ ὅτε μέρος μέν τι, φαμὲν	ὅτε δὴ γρ. A. μέν τι γρ. A. τί μὲν A.	νῦν δὲ ὅτε δὴ μέρος μὲν mg. A. Ω etc. Iidem fere primitus τι μὲν φ.	νῦν δὲ δὴ ὅτε μέρος τί μὲν φαμὲν *im Text. — Am Rande von der Hand wie* 49, 18 νῦν δὲ ὅτε δὴ μερος μέν τι etc.; vide tab.
II. 295, 4 (949A)	ὁπόσα μὴ φέρῃ	φέρει corr. A.	φέρει verissime A Ξ etc. Vulgo φέρῃ	φέρει — ει *in Correktur scheinbar von alter Hand; das Frühere unsichtbar*
II. 298, 21 (951A)	παρεμένους. ἄν τινες	ἅ	item	ἅτινες

	Bekker recepit	in comm. de cod. A.	Stallbaum de cod. A.	Felsius narrat de cod. A.
II. 299, 15 (951C)	κακῶς αὐτὴν θεωρῶσιν. Κλ. πῶς οὖν ἂν γίγνοιτ' ἀμφότερα; Αθ. τῇδε —	ἂν add. A.	item (Schneider haec omnia item Atheniensi attribuit)	*Bis* τῇδε *ganz wie bei Bekker. — Die Personen sind gar nicht angezeigt, nicht einmal durch Striche am Rande.*
II. 307, 11 (955D)	ὁποτέρᾳ τὸ δημόσιον ἂν χρῆσθαι	tacet	tacet	*Wie bei Bekker*
II. 316, 8 (960C)	Τὸ Λάχεσιν μὲν τὴν πρώτην εἶναι Κλώθω δὲ τὴν δευτέραν τὴν Ἄτροπον δὲ τρίτην — — δύναμιν	δὴ τρίτην	item	Ἄτροπον δη τρίτην. *Sonst wie bei Bekker*
II. 317, 13 (961A)	γίγνοιτο ἐν καίριον ἀκοῦσαι, καὶ σωθέντας οἴκαδε δόξαι	tacet	(Schneider ἐγκαίριον)	γίγνοιτο — δόξαι *wie bei Bekker. Die Zeilen sind:* — — — γίγνοι το — — — καὶ σω θεντας — — δόξαι του In margine alterius versus aliquid scriptum esse addit. vide tab.

278,1. ῥάδιον (über der Zeile: ρυνο)

280,2. ὁτιοῦν χωρὶς τοῦ

307,12. ει (η.)

311,21. βλέπειν πρὸς

313,14. τοὺς ἐπιδυναμένους

329,18. Κνωσίοις

Κνωσίων

436,16. δέκα von jüngerer Hand δέκα

II. 156,2. γίγνηται

II. 183,21. πολλοισ· es ist augenfällig
πολλοις, der eine Punkt gehört zum σ, der andere ist Interpunktion.

II. 208,9. αἰσθ·σομενος

II. 240,19. ἀξιωσώμεθα

II. 273,6. ἕκαστος

II. 278,7. δ' αὐτῆς εἶναι

II. 288,8. ἀρχόντων

II. 289,1 am Rande steht
νεῦσαι, sehr klein geschrieben, von der Hand wie 49,18.

II. 294,2.3 am Rande von der Hand wie 49,18
νῦν δὲ ὅτε δὴ μερος (sic!) μεν τι

II. 317,13. Am Rande der zweiten Zeile steht von jüngerer Hand (wie 49,18 ?)
ἐγ

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 055 418 8